



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Contractu Et Sacramento Matrimonii

Bosco, Jean a

Lovanii, 1678

Sectio XI. De pœnis Matrimonii clandestini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73432)

folùm dat licentiam benedicendi. Item, an per hanc suspensionem, à Tridentino impositam, sublata sit excommunicatio lata in Clement. 1. de Privileg. contra Regulares, absque Parochi licentia solemnizantes Matrimonium, patebit ex dicendis Sect. se-

quenti, ubi de pœnis Parochi assententi Matrimonio alieni parochiani; quia, ut patet ex verbis Trident. eadem est ratio assententi & benedictionis, ibi: *Conjungere autem*

SECTIO XI.

DE POENIS MATRIMONII CLANDESTINI

1. **H**Actenus disputavimus de præsentia Parochi ac testium, requisitâ (ubi obligat Concilium Trident.) ad valorem Matrimonii, & de Denuntiationibus Matrimonio præmittendis; ne dicatur, secundùm Sanchez & alios, clandestinum. Superest tandem de pœnis, à jure Matrimonio clandestino constitutis, disputare. Et primò quidem, de pœnis ipsius Matrimonii clandestini. Deinde de pœnis ipsorum contractuum & testium. Denique de pœnis Parochi, vel alterius Sacerdotis assistentis. Hæc est pœna Matrimonii clandestini:

Ecclesiæ, sed conficiam, quòd aliam Matrimonialiter copulasset, nullatenus exco-

verb. Ignoram: Hæc ignorantia non potest esse nisi in filiis legitimi, aliis non legitimi, ut sup. cod. Referent, in de pœnis cum filiis, nec per Ecclesiæ pœnitentiam, nec parentum ignorantiam excusantur, & pœnitentiam honorum paternorum non videntur tenui admittendi. Ubi Gloss. verb. Ignoram, inquit: Paterna enim ignorantia, vel alterius tantum excusatur filio, si legitime eos. hodie vero paterna ignorantia non excusatur filios omnia illa solemnitate, sup. de Clau-

CONCLUSIO I.

Filii nati ex Matrimonio clandestino, inito in gradu prohibito, etiam ignoranter, sunt illegitimi.

Rogas; quæ sit illa solemnitas? Legedict. cap. Cum inhibito, & scriptum invenitur de Statuimus, ut cum illatrimonia fuerit contrahenda, in Ecclesia per Presbiterum subiacere proponantur, competenti termino præputo &c. Porro omittit illa solemnitate, paternam ignorantiam non excusare filios, eod. cap. pressis verbis declarat Innoc. 3. ibi: *si vero hujusmodi clandestina vel interdicta iugia inire presumpserit in gradum potest etiam ignoranter, sibi de talibus suscepta, prorsus illegitima censetur, & ignorantia nullum habiturum rationem illic subdit: Cum talia contrahentes ignorantie videntur.*

2. **F**ilii geniti ex Matrimonio, verè nullo ob aliquod impedimentum dirimens, contracto tamen publicè in facie Ecclesiæ, quando adfuit bona fides in utroque, vel in altero parente, ignorante impedimentum, sunt legitimi, juxta cap. 14. Qui filii sunt legitimi, sequentis tenoris: *Ex senore literarum vestrarum nobis innotuit, quòd cum G. vidua hæreditatem, quondam R. mariti sui, sibi & pupillo filio suo restitui postularet, pars adversa petitionem ejus nitebatur excludere pro eo, quòd R. maritum ipsius viduæ, de adulterio genitum assererat. Et infra: Intelligentes, quòd pater prædicti R. matrem ipsius in facie Ecclesiæ ignoram, quòd ipse aliam sibi matrimonialiter copulasset, duxerit in uxorem, & dum ipsa conjux ipsius legitima putaretur, dictum R. suscepit ex eadem: in favorem proli potius declinamus, memoratum R. legitimum reputantes.*

Ubi nota ly In facie Ecclesiæ, & ly Ignoram. Hinc si pater prædicti R. matrem ipsius duxisset in uxorem non in facie Ecclesiæ, sed clandestinè; aut si quidem in facie

Quæ ratio bene notanda est: nati ex Matrimonio putativo sunt legitimi, juxta dict. cap. Ex senore; quia saltem mater parens laborabat ignorantia probabili, & per Matrimonium contractum fuit in facie Ecclesiæ, ut statim vidimus; quæ unquam cessat, quando vel contrahitur sine Parochi & testibus, aut certè omittit denuntiationibus; non enim est probabilis ignorantia, dum omittuntur requisita per Ecclesiam ad assequendam veritatem, sed affectata & indirectè voluntaria; ut explicat d. cap. Cum inhibito, ibi: *Vel saltem affectatae ignorantie*

B. O. Sac. Matrimonii

secus si clandestinè contraxerit, aut secundà hoc scientie.

tie videantur. Quid ergo mirum, si Ecclesia nolit hos filios esse legitimos?

Siquidem idem titulus putativus Matrimonii prodest, ut filii censentur legitimi; quia semper parentes, vel alter eorum, dederunt operam rei licitæ, saltem in sua existimatione, quæ probabilis fuit, cum in facie Ecclesiæ contraxerint, ut supponitur; & præsumendum est, ne delictum præsumatur, alias hos non committendos, nisi credidissent, validum esse Matrimonium: Ecclesia enim, quæ innoxios minimè punit, vult hos filios legitimos esse: at cum Matrimonium est clandestinum, sive propter omissionem denuntiationum, sive defectu præsentia eorum, per quos possit Ecclesiæ constare de contracto Matrimonio, parentes culpæ rei extiterunt contrahendo, quare error eorum punitur.

Hinc si aliqui, præmissis denuntiationibus, sine testibus contraherent, existimo filios ex tali Matrimonio putativo genitos, fore illegitimos; nam & illud Matrimonium clandestinum est, juxta Gloss. d. cap. Cum inibitio, verb. Clandestina, in principio: Dicitur clandestinum Matrimonium tribus modis. Uno modo cum non habentur testes, suo cap. prox. ibi: Si Matrimonia ita occultè contrahantur, quòd exinde legitima probatio non appareat, ii, qui ea contrahunt, ab Ecclesiâ non sunt aliquatenus compellendi.

Si dixeris: d. cap. Cum inibitio, non loquitur de omnibus Matrimonii clandestinis; sed tantum de clandestino, quod fit contra tenorem illius Constitutionis, hoc est, quod contrahitur non præmissis denuntiationibus; ut patet ex Gloss. verb. Clandestina, ibi: Tertio dicitur clandestinum, quod fit contra tenorem hujus Constitutionis, videlicet non præmissâ denuntiatione. Undè in textu dicitur: Si quis verò hujusmodi clandestina &c. Ubi Gloss. verb. Clandestina: Scilicet non præmissâ denuntiatione. Ergo non punitur hic, nisi Matrimonium, quod contrahitur non præmissâ denuntiatione. Ergo filii in casu proposito censendi sunt legitimi.

Respondeo neg. hanc Consequentiam: quia tamen non forent illegitimi ex vi hujus Constitutionis; tamen quia sunt ex Matrimonio invalido sunt illegitimi, nisi d. cap. Ex tenore, eis subveniat: non subvenit autem; quia legitimationem non concedit, nisi Matrimonio contracto in facie Ecclesiæ, ut patet ex verbis textûs sup. relatis; illud autem non est in facie Ecclesiæ contractum, quod non potest legitime probari.

Consimiliter non erunt legitimi, estò Matrimonium fuisset contractum coram Parocho & testibus, dummodò ommissa fuerit denuntiatio; quia reverè tale Matrimonium clandestinum est, juxta Gloss. sup. allegatas,

aut saltem interdictum; adeoque deficit probabilis ignorantia impedimenti; cum enim denuntiationes ed tendant, ut impedimenta, si quæ sunt, detegantur, eo ipso, quòd contrahentes Matrimonium, illas culpabiliter omittunt, affectant ignorantiam: cum diligentiam jure præscriptam, ad assequendam veritatem, despiciant.

Et confirmatur (inquit Sanchez lib. 3. disp. 42. n. 6.) quia indubitanter efficacius medium est, ut impedimenta detegantur, publicare Matrimonium contrahendum ter in Ecclesiis, aut in aliis locis publicis, inter Missarum solemnias, quàm contrahere secretò coram Parocho & duplici teste: sed omittentes hoc secundum medium, censentur habere ignorantiam affectatam impedimenti: ergo à fortiori omittentes primum. Hæc ille.

Sed, meo judicio, requiritur præsentia Parochi & testium non ita, ut impedimenta detegantur (ad quam detectionem ordinantur denuntiationes, ut patet ex Trident. sess. 24. de Reform. Matr. c. 1. ibi: Quibus denuntiationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem Matrimonii in facie Ecclesiæ procedatur, ubi Parochus &c.) quàm ut Ecclesiæ possit constare de Matrimonio contracto.

Undè, qui præmissis denuntiationibus, contraheret sine Parocho aut testibus, fortè non censeretur, dicit aliquis, habere ignorantiam affectatam impedimenti.

Deindè quàmvis Concil. Trid. exigat tres denuntiationes, equidem d. cap. Cum inibitio, videtur esse contentum unicâ; undè qui unicam præmississet, posset videri, non habere ignorantiam affectatam impedimenti. Adeoque si contraxisset coram Parocho & testibus, videretur, quòd filii essent legitimi, juxta d. cap. Ex tenore. Hæc maturè considerentur.

Præterea probat Sanchez hanc sententiam; quia Trid. sess. 24. de Reform. Matr. c. 5. statuit contra scienter contrahentes in gradibus prohibitis, ut separentur, speque dispensationis careant. Et statim subdit, ignoranter contrahentes, si solemnitates requisitas in contrahendo omiserint, nempe denuntiationes, eisdem subijci pœnis.

Hæc sunt verba Tridentini: Si quis intra gradus prohibitos scienter Matrimonium contrahere præsumperit, separetur, & spe dispensationis consequendæ careat &c. Quod si ignoranter id fecerit, siquidem solemnitates requisitas in contrahendo Matrimonio neglexerit, eisdem subijciatur pœnis: non enim dignus est, qui Ecclesiæ benignitatem facile experiatur, cujus salubria præcepta temerè contempserit. Ubi omninò æquiparat, scienter contrahere in gradu prohibito, & ignoranter, omiffis

Probatur;
Confirmatur.
Sanchez.

8. Denuntiatio ordinatur ad detectionem impedimentorum, ex Trid.

9. Alia probatio prædictæ sententia, ex Trid., Sanchez.

5. Generatim Mar. putativus Matrimonii prodest legitimos.

6. Obijctio.

Obijctio.

7. Consimiliter omiffa denuntiatio.



denuntiationibus; sed dum parentes consilii impediti, contrahunt Matrimonium, filii indè nati sunt illegitimi; ergo etiam quando ignorantes, si denuntiationes omiserint. Ita Sanchez.

10. *De quo impedimento loquatur Trident.*
Planè sic est, inquit aliquis, quando fuerit impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis, vel cognationis; nam de hoc loquitur Concilium Trident. ut patet ex illis verbis: *Intra gradus prohibitos*, & cap. *Cum inhihitio*, ibi: *In gradus prohibito*.

Censes autem, idem dicendum esse de aliis impedimentis, saltem de his, quæ probari possunt? Multi probabiliter censent: nam, inquit, eadè profus ratio textus militat in quocumque tali impedimento, scilicet: *Non enim dignus est, qui Ecclesiæ benignitatem &c.* Et: *Cum illi, saliter contrahendo, non expertes scientiæ, vel saltem affectatores ignorantie videantur.* Jam autem ubi ratio, expressa in textu, eadem omninò militat, lex quantumcumque pœnalis & correctoria extendenda est ad illum casum, teste Sanchio sup. n. 4. cum Aliis, quos citat. Inter eos autem Gutierrez Canon. qq. lib. 1. c. 10. n. 3. sic ait:

11. *Ex ratione expressa in lege licet extenso ad casum omis-*
sum, ex Gutierrez.
Ex ratione expressa in lege licet extenso ad casum omis-

sum, ex Gutierrez.
Et sequitur, plures referens, Covar. cap. *Alma mater*, 2. parte relect. §. 4. n. 7. ubi hoc præcipue procedere affirmat, si constitutio prædicta sit animæ, & saluti spiritali favorabilis, secundum Abbatem & Præpos. in cap. *Ex tenore*, Qui filii sint legitimi. Hæc ille.

Jam autem leges nostræ emanarunt favore animarum, adeoque dilatarì debent, cum per dilatationem evitentur animarum pericula, hominesque per unam legem ab indebitè Matrimonio ineundis retrahantur, per alteram autem retrahantur à Matrimonio irritis, quæ passim spe dispensationis obtinendæ contrahebantur: quidni ergo hæc leges extendi debeant ad omnia impedimenta?

12. *Cap. Ex tenore, loquitur de impedimento ligaminis.*
Et sanè dict. cap. *Ex tenore*, non loquitur de impedimento consanguinitatis, sed ligaminis, ut patet ex verbis sup. relatis; & ut censeatur filius legitimus, ponderat textus bonam alterius parentis fidem, & Matrimonium contractum esse in facie Ecclesiæ; quasi secus sentiat, ubi esset clandestinum.

Præterea; Tridentinum ductum fuit, ut statim diximus, ne facile contrahantur Matrimonia irrita, quod quidem in omni impe-

dimento dirimenti procedit: unde grati exempli tantum subiecit, *Intra gradus prohibitos*, gratiæque frequentioris usus; communiter enim ratione alicujus gradus prohibiti, Matrimonia irrita sunt.

Adde; quòd ipsum Tridentinum hinc non obfcurè significet, se loqui de omni impedimento dirimente, subiciens: *Intra gradus prohibitos*, quod postea subiecit: *Intra gradus prohibitos*, cuius ille probabilem ignorantiam tunc facilius cum eo & gratis dispensari potest. Ergo manifestè intelligitur de quocumque impedimento dirimenti.

Tandem (inquit Sanchez sup. n. 7.) si quis velle dicere, incestus crimen electionem illius decreti, quod minimum adhibetur, ubi est aliud impedimentum, quæ gradus prohibiti; facile impugnetur in verbis, ejusdem decreti: *Idem in magis locum habeat, qui non tantum matrimonium contrahere, sed etiam conjugatus fuerit.* Ubi pondero eandem rationem currere, scienter contrahentes de gradus prohibitis, licet nondum consummationem consummare intenderint, tunc tamen proprie incestus. Hæc ille.

Nihilominus Pontio lib. 5. c. 27. placet, dict. cap. *Cum inhihitio*, non extenso ad quolibet impedimentum, & saltem non habere locum in his impedimentis, quæ probari non possunt, ut in defectu consensu, vel alterius omninò occulti. Cum enim iniquitas gravissima pœna sit illegitimitas proli, officio, cur ad alium casum extendenda sit, ubi expressè de eo tantum agitur impedimento.

Neque obstat, quòd Nonnulli respondent, esse similem casum, eandemque militare rationem. Nam si hoc esset alicujus momenti, innumeræ leges extendendæ essent, quæ extenduntur ad alios casus.

Neque obstat: quòd legibus Pontifici l. 3. tit. 3. p. 4. & l. 2. tit. 15. p. 4. idem de omnibus aliis impedimentis tractatur. Nam ex legibus civilibus casibus, in materia de Matrimonio nullum tantum argumentum, ut notum est.

Neque obstat etiam; quòd in cap. *Ex tenore*, Qui filii sint legit. cum tertio de aliis impedimentis, quia alter eorum conjugatus, ut censeretur filius legitimus, expendat textus bonam alterius parentis fidem, & Matrimonium publicè contractum esse. Ex eo enim non efficitur, secus locum Pontificem, si esset clandestinum. Sicut enim erat bona fides vel utriusque veritas; quòd autem in facie Ecclesiæ contractum esset, ex abundantia additur.

Eodem modo accipiendum, quòd in Tridentinum sess. 24. c. 5. cum præsumitur statuit adversus omitentes solemnitates, ut

foro Cano-
nico, ex
Sanchez.
Probatu-
r.

est, denuntiationes, si ignorantur contraxerint in gradibus prohibitis, neque ad alios calus extendit. Unde illa verba: *Si verò solemnitatibus adhibitis, impedimentum aliquod postea subesse cognoscatur*, restringenda sunt ad impedimentum in aliquo gradu prohibito. Sicut & ea, quæ statim subjunguntur, ad impedimentum consanguinitatis tantum pertinent: *In contrahendis Matrimonii vel nulla omnino detur dispensatio, vel raro, idque ex causa & gratis concedatur. In 2. gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes &c.*

Sed & in eo Decreto Trident. c. 5. alia pœna imponitur claudefine, id est, ommissis denuntiationibus, contrahentibus, in gradu tamen prohibito, ut spe dispensationis consequendæ careant, quæ pœna ad alios casus non extenditur. Illis autem non indicatur ablata facultas dispensandi à Pontifice, sed tantum lethaliter peccare, si sine causa dispense, aut difficile dispensari, & ob peculiarem præ ordinariã caulam. Uique adhuc Pontius,

Nec iple solus docet hanc sententiam; sed Alii plures, quos refert Sanchez sup. n. 3. Ne tamen quis existimet, eam esse omnino sequendam, conabimur satisfacere dictis rationibus seu argumentis Pontii, in quantum nondum eis est satisfactum.

In primis ergo quod ait: *Innumerae leges extendendæ essent, quæ non extenduntur ad alios casus*, non valet; quia non sunt innumerae leges, in quibus ratio legis exprimitur; assignet autem aliquis Pontius, in quibus id fit, & consequenter dicendum erit, etiam eas extendi debere ad alios calus, in quibus eadem omnino ratio militat.

Quantum ad leges Partitarum; idem uniuersè idem statuunt de omnibus aliis impedimentis, quia intellexerunt jus Canonicum uniuersè de omnibus impedimentis; licet particulariter expresserit impedimentum gradus prohibiti, quia, sicut dictum est, illud erat frequentissimum.

Adeoque nos non argumentamur hic ex legibus civilibus ad Canonicas, quasi leges civiles in hac materia possint corrigere leges Canonicas; sed ex legibus civilibus colligimus, quæ fuerit mens legum Canonicarum, quod nupiam est prohibitum; sed scriptum est cap. I. de Nov. oper. nuntiat. *Quia verò sicut leges non designantur sacros Canones imitari, ita & sacrorum statuta Canonum, Principum constitutionibus adjuuantur.*

Et idem docet Sanchez sup. disp. 47. n. 12. leges, plectentes Matrimonia claudefina, validas esse & servandas, etiam in foro Canonico. Quia, inquit, quamvis iudicium de Matrimonio quoad ejus substan-

tiam sit fori Ecclesiastici, nullibi tamen Principibus sæcularibus adimitur potestas, leges condendi, pœnalque statuendi in eos, qui contra juris ordinem contrahunt Matrimonia.

Et confirmatur; quia quamvis inferior abrogare Superioris legem minimè possit; at potest novis pœnis eam, quò melius seruetur, adjuvare: ergo bene potest Princeps sæcularis condere leges, ad puniendã Matrimonia claudefina, quæ Ecclesiastica graviter detestatur, puniri que præcipit.

Probatu 2. quia Matrimonium sicut est Sacramentum, ita etiam est contractus civilis; ergo sicut quã ratione est Sacramentum, pertinet ad forum Ecclesiasticum: ita quã ratione contractus civilis est, nil prohibet, ut spectet ad forum Principis sæcularis; si non quantum ad substantiam, quia hanc causam ad se potestas Ecclesiastica avocavit; saltem quantum ad potestatem, debitis pœnis plectendi eos, qui Matrimonia contra ordinem juris Canonici contrahendo, pacem Reip. perturbant.

Et confirmatur; quia ad potestatem sæcularem pertinet, custodire pacem ac Reip. tranquillitatem; ergo cum per Matrimonia claudefina maximè hæc pax, ac Reip. tranquillitas perturbetur, potestas sæcularis potest ea debitis pœnis plectere. Atque hæc ratione iustissimè Principes sæculares pœnas decernunt perjuris, usuris, incestis nuptiis, quamvis iudicium horum delictorum pertineat etiam ad Ecclesiasticum tribunal; quia spiritalia sunt.

Neque hoc negat Pontius, sed expressis verbis affirmat sup. n. 14. dicens: Statuta etiam est exheredationis pœna (contra inieuntes Matrimonium sine Parocho & testibus) l. 49. Tauri, quæ pœna non est correctã per jus Canonicum; potest enim jus civile pœnas adjicere ad exactiorem juris Canonici observationem; sicut & alias etiam pœnas statuit contra Hæreticos, quamvis de illis criminibus agnoscat Ecclesia. Hæc ille.

Itaque leges punientes Matrimonium claudefinum, tanquam jus Canonicum imitantes, iplumque coadjuvantes, admittendæ sunt. Ergo admittendæ leges Partitarum, quæ in casu proposito uniuersè loquuntur, ut Pontius fatetur, de omnibus aliis impedimentis.

Cæterum quod hic Auctor ait sup. attento cap. *Ex tenore*, satis esse bonam fidem alterius parentis; quod autem in facie Ecclesiæ contractum esset, ex abundanti additum fuisse; dicit quidem, sed non probat; vel si affirmare, probare est, negare; reprobare erit. Nego ergo, illud additum fuisse ex abundanti; cum ex nullo verbo textus colligi possit, magis requiri bonam fidem, quam

Confirmatur.

20. Secunda Probatio.

Confirmatur.

21. Idem docet Pontius.

22. Rejicitur responsio Pontii ad d. c. Ex tenore.

17. Hæc alii dicitur hanc pœnam.

18. Quare leges Partitarum uniuersè loquuntur de omnibus impedimentis.

19. Leges ple- blicæ Matrimonii claudefina servandæ sunt in

19. Leges ple- blicæ Matrimonii claudefina servandæ sunt in

quam contractum fuisse in facie Ecclesie: nam ait Pontifex: *Intelligentes, quod Pater prædicti R. matrem ipsius in facie Ecclesie ignoravit, quod ipse aliam sibi Matrimonio copulasset, duxerit in uxorem &c.*

Probandum ergo manet Pontio ex jure aliquo Canonico vel civili, filium fore legitimum, qui nasceretur ex Matrimonio contracto bonâ fide cum impedimento aliquo dirimente; contracto, inquam, sine testibus, id est, non in facie Ecclesie, sive non eo modo, quo possit de eo Ecclesie legitime constare.

23. Sanè nullum aliud jus potest afferri, præter d. cap. *Ex tenore*; quod tamen, ut patet ex ejus verbis, manifestè loquitur de Matrimonio contracto in facie Ecclesie; & d. cap. *Cum inhibitio*, quod non meminit expressè Matrimonii, contracti in facie Ecclesie; sed neque expressè concedit privilegium legitimationis proli, conceptæ ex Matrimonio, non contracto in facie Ecclesie; sed ad summum tantum statuit, ut proles non sit legitima, quando Matrimonium fuit contractum, non præmissâ denuntiatione.

Ergo quodcumque fuit præmissâ denuntiatione, proles debet censei legitima, negatur Consequentiâ; sed tunc tantum, quando juxta d. cap. *Ex tenore*, Matrimonium fuit contractum in facie Ecclesie; quia qui taliter non contrahit, graviter delinquit contra Ecclesiam; adeoque non est dignus, qui Ecclesie benignitatem faciliè experiatur, cujus salutaria præcepta temerè contempfit, ut audivimus ex Trident. sup. c. 5.

24. Atque hoc cap. eodem modo intelligendum esse, sicuti d. cap. *Cum inhibitio*, libenter admittimus, & idèd, qui illud extendunt ad alios casus, pariter & hoc extendunt ad alios casus: Pontius autem non extendit hoc ad alios casus, quia neque d. cap. *Cum inhibitio*, extendit ad alios casus; sed sicut unum restringit ad gradus prohibitos, pariter & aliud; Sanchez autem sicut unum extendit ad alia impedimenta, itidem & aliud.

Undè juxta ejus principia, illa verba: *Si verò solemnitatibus adhibitis, impedimentum aliquod subesse cognoscatur, non sunt restringenda ad impedimentum in aliquo gradu prohibito. Sicut nec ea, quæ statim subjunguntur, ad impedimentum consanguinitatis tantum pertinent: In contrahendis Matrimonii, vel nulla omnimò dispensatio datur, vel raro, idque ex causa & gratis concedatur.* Et consequenter pœnam, in eo decreto impositam, ut sic contrahentes spe dispensationis consequendæ careant, extendit etiam ad alia impedimenta. Paret ergo ex illo cap. 5. nullum robur accipere sententiam Pontii, imò magis impugnari.

25. Cæterum, in hoc convenit Sanchius cum

Pontio, quòd non extendat d. cap. *Cum inhibitio*, & d. cap. 5. ad ea impedimenta, quæ probari non possunt; ut in defectu consensûs, vel alterius omnimò occulti. Asserit Sanchium sup. disp. 4. n. 5. Hanc, inquit, sententiam ego intelligerem, quando nullitatis Matrimonii, non esset impedimentum consanguinitatis, affinitatis, cognationis, esset tamen ejusmodi, ut illud detegendum præmissâ denuntiatione conferre possent; secùs ubi eæ nihil valent ad hoc. Ut si Matrimonium nullum nullum fuisset ex defectu consentium alterius conjugis, vel ex defectu Parochi, communiter talis responsio, nullum titulum haberet, sed esse contra (quo casu Matrimonium non valet, dicit hoc 3. lib. disp. 22. n. 60.) in his casibus proles, suscepta ex eo Matrimonio clandestino putativo, esset legitima, ut vera prior sententia (Pontii) posteriori illi contradiceret, quod omnimò ratio d. cap. fin. §. *Si quis de clandest. despons.* cum hi contractus possint dici affectatores ignoratio, quod quidem omni diligentia adhibita, non nequibant. Hæc ille de d. cap. *Cum inhibitio*.

Et ibidem n. 7. de d. cap. 5. sic ait. Limitarem tamen prædictum decretum, quatenus ait, ignoranter contrahentes omnium denuntiationibus subijci eisdem pœnis; quando nimirum impedimentum ignoratum est tale, ut præmissâ denuntiatione conferre possint ad illud detegendum. Hæc ille. In hoc ergo puncto hi duo Auctores conveniunt.

Uti etiam in explicatione effectus hujus clausulæ seu pœnæ d. cap. 5. Spe dispensationis consequenda caret. Nam Sanchez sup. disp. 45. n. 3. sic ait: sed rogabis, cur non sit hoc decretum? Concilium enim expressè test Pontificis dispensationem, quæ ejusque potestatem ligare: quod concilio, auctoritate Papæ congregatum, & d. cap. confirmatum, pariter est auctoritatum Pontificis: par autem in patrem non habet imperium, cap. *Innotuit*, de Elect. l. 1. l. 1. quo, §. *Insemplicitum*, ff. ad Trebell.

Aliqui dicunt; si ex usu, aut experientia, aut prudentia constaret, dispensationem in aliquo decreto, vègere in damnum Ecclesie, Concilium posse hoc declarare, & definire, in eo non nisi in tali casu dispensandum esse. Quia ad Concilium spectat res ad fidem & mores spectantes de hinc: & ad definitionem & declarationem factâ, non potest Pontificem ex quacumque causa dispensatione aliter concessâ valida esse, cum sit in jure humano.

BIBLIOTHECA
SACRAMENTUM
PARIS
LXXXV

Et quod peccet lethaliter, probatur; quia Concilium in ea declaratione errare nequit: igitur talis dispensatio est perniciosa Ecclesie, & sobinde culpa lethalis. Sic docent Victoria Opusculo de potestate Papæ n. 10. 11. 12. 13. Corduba lib. 4. Quæstionarii q. 9. Metina 1. 2. q. 97. art. 4.

Quare juxta hanc doctrinam dicendum est, si in hoc casu, in quo Trid. statuit, clam contrahentes in gradibus prohibitis spe dispensationis carere debere, Pontifex absque nova justissima causa emergenti dispenseret, eum mortaliter delinquere: secus ex tali causa.

Quia licet talis dispensatio frequens, sit Ecclesie perniciosa, quando est rara, & ex causa justa, non est talis. Hactenus Sanchez.

Peccat itaque Pontifex, non quasi astringatur præcepto Concilii, sed quia in præceptis & constitutionibus suis metitur, atque ad eod. Concilii, quæ vim suam habent ab eodem Pontifice, ad rectam gubernationem Ecclesie ordinatis, pari ratione obligatur, non nisi cautè & prudenter, juxta rei gravitatem & exigentiam, dispensare. Ita Aversa, q. 7. Sect. 3. §. Aliam quoque penam, in fine.

An autem obligetur sub mortali, relinquere videtur sub dubio: nam solum ait: Leviter dispensando peccaret, quàmvis validè. An autem mortaliter, vel solum venialiter, alium silentium. Credo ego, quod si Pontifex frequentius sic dispenseret, eum peccaturum mortaliter; quia frequens dispensatio est valde perniciosa Ecclesie; rarius autem sic dispensare, dummodò saltem aliqua justa causa subit, quàmvis non extraordinaria, non autem damnare peccati mortalis; quia videtur res parva nec multum perniciosa Ecclesie; quia spes ista tam raræ dispensationis, non videtur multum allicere homines ad contrahendum cum impedimento dirimente; secus si passim dispenseretur ex eadem causa, ex qua alias solet dispensari.

Alium effectum hujus clausulæ, seu pœnæ affert Sanchez sup. dicens: Præterea in impetratione dispensationis talis impedimenti, necessariò exprimendum est Matrimonium sic contractum, ne sit subrepticum. Quia eo ipso, quod Trid. decernit, hos contrahentes spe dispensationis carere debere, constituit hujusmodi Matrimonium impedimentum esse ad dispensationem impetrandam, & consequenter tacitè jubet illud exprimi. Deindè; quia in Decretis Concilii nunquam est visus Pontifex dispensare, nisi specialem mentionem faciat. Sic ille.

Ex quo sequitur (inquit Coninck disp. 27. n. 81.) tertius effectus; quod habens privilegium dispensandi in impedimentis Matrimonii, in hoc casu nihil possit, nisi particularim in privilegio exprimat.

Sed quomodò, dicit aliquis, hoc sequitur;

quandoquidè decret. Conc. solum prohibeat dispensationè ex ordinariis causis, ex quibus alioquin posset dispensari? Jam autem, qui haberet privilegium dispensandi, tantum, ut suppono, posset uti illa potestate propter extraordinariam causam, eo nempe casu, quo Pontifex potest uti suâ potestate. Itaque effectus ille tertius posset alicui videri dubius.

Sicut & dubium est; an impedimentum tale esse debeat, ut ad illud detegendum denuntiationes præmissæ conferre possint. Licet enim sententia affirmativa Sanchii & Pontii sup. relata probabilis sit; equidè probabilius existimat Coninck sup. n. 77. privilegio legitimationis non gaudere, quicquidè clandestinè contrahunt. Quia, inquit, jura concedentia illud privilegiu, expressè concedunt solis illis, qui in facie Ecclesie contrahunt. Jura illa sunt c. Ex tenore, sup. relatum ibi:

In facie Ecclesie ignoram, & c. 2. eod. ibi: Cum parentes eorum publicè, & sine contradictione Ecclesie inter se contraxisse noscantur. Ubi Gloss. in propositione casus. Nota, inquit, quod qui in facie Ecclesie publicè contrahunt &c. Et verb. Publicè, ait: Scilicet denuntiatione præmissa in Ecclesia publicè: alia; hodie dicitur clandestina, sup. de Clandest. de spons. Cum inhibitio. Item verb. Sine contradictione: Si quis contrahat non præmissa denuntiatione, vel eâ præmissa, contingat Matrimonium ex justa causa interdicti, & non obstante contradictione contrahat, si postea impedimentum probetur, filii, medio tempore nati, illegitimi erunt, & ideo publicè dicitur hie, & sine contradictione, & illud totum habes in illa Constitutione: Cum inhibitio.

Cum ergo hæc jura generaliter loquantur de omni Matr. clan. sine alicujus exceptione; quare volumus nos excipere aliquos casus?

Quia, reponit quispiam ex Sanchio sup. in aliquibus cessat omninò ratio d. cap. Cum inhibitio, cum hi contrahentes non possint dici affectatores ignorantie.

Esto, non possint dici, quid tum? quippe jura concedentia privilegium legitimationis, non solum ponderant ignorantiam, ut sup. adhuc notavi, & notat etiam Coninck sup. n. 76. sed etiam publicitatem, ut sic loquar, contractus; eâ ergo deficiente, quantumcumque invincibiliter parentes ignorent impedimentum, videtur deficere illud privilegiu, in pœnam peccati, quod committitur clandestinè contrahendo; etiam tunc, quando denuntiatio nihil potest conferre ad detegendum impedimentum; cum enim tales filios legitimi sit privilegium, præjudicans juri, quod alias legitimi hæredes haberent, videtur strictè intelligendum, vel saltem nullo modo extendendum ad eos, qui pœnâ magis, quàm privilegio digni sunt.

Dixi consultò: In pœnam peccati &c. quia si clandestinè contrahatur, non præmissis denuntiationibus.

Posset videri dubius.

Dubium quare est, an debeat impedimentum posse probari. Coninck;

31. Jura generaliter loquuntur de Matr. clandestino.

32. Ratio quare debeat excipi aliqui casus. Rejicitur.

Coninck.

33.

O o o o o n u n

Quid si clandestine contrahatur omisa denuntiatione ex dispensatione Coninck.

An illegitimus in casu proposito sit proprius pater

C. 6. Qui filii &c.

34. Communis sententia requirit culpam.

Quid si Matrimonium clandestinum fuerit validum filii erunt legitimi, ex Sanchez & Aversa.

35. Probatur ex c. 2. de Clad. despons.

nuntiationibus, cum debita dispensatione, non videtur hæc pœna habere locum; est etiam sine debita licentia seu illicitè Matrimonium consummaretur ante denuntiationes. Ita Coninck sup. n. 83. Quia pœna supponit culpam; & omnia jura loquuntur de contrahente clandestinè, non autem de consummate contra prohibitionem Ecclesiæ. Hæc ille.

Sed tu Lector adverte, illegitimationem in casu proposito fortè non esse propriè pœnam, sed tantùm negationem alicujus privilegii; nam de per se filii illi sunt illegitimi, quia nati ex fornicatione; potuit autem jus, ad obtinendum privilegium legitimationis, requirere aliquam conditionem, quâ deficiente, etiam sine culpa, nollet concedere istud privilegium.

Sic quippe filii antea concepti ex fornicatione parentum, habiliùm ad contrahendũ, legitimantur per subsequens Matrimonium, ex favore concessio c. Tanta, Qui filii sint legit. Tanta est vis Matrimonii, ut qui antea sunt geniti, post contractũ Matrimonium legitimi habeantur. Si tamen parentes non contrahant, estò abque omni culpa, clarum est, filios manere illegitimos; quia reverà non ponitur, quod illo jure requiritur ad legitimationem.

Interim communis sententia in casu proposito requirit culpam; quia autumat, carentiam istius legitimationis prolium, esse veram pœnam, impositam in odium Matrimonii clandestini, ut sic homines abtineant ab eo, ubi & quando non est justa aliqua causa occultè contrahendi; ut proinde conditio non sit, publicè in facie Ecclesiæ contraxisse; sed non contraxisse clandestinè sine justa causa.

Sed quid si nullum erat impedimentum inter tales contrahentes, atque ad eorum Matrimonium fuerit verè validum, nonne ob omissionem denuntiationum aut etiam testium, ubi non obligat Trident. filii erunt illegitimi? Affirmant Aliqui, sed irracionabiliter; quia id nullo jure probatur; quippe d. cap. Cum inhibitis, expressè & præcisè loquitur, quando Matrimonium fuit verè nullum, ob ignorantum impedimentum, ut patet ex §. Si quis verò, sup. relato, Atque ita docet Sanchez sup. n. 8. cum aliis, à se citatis, quos sequitur Aversa sup. §. Male tamen, estque sententia communis.

Quam præterea probat Sanchez ex c. 2. de Cladest. despons. ibi: Si Matrimonia ita occultè cõtrahantur, quòd exinde legitima probatio non appareat, ii qui ea contrahunt, ab Ecclesia non sunt aliquatenus compellendi. Verùm si personæ contrahentium, hoc voluerint publicare, nisi rationalis causa præpediat, ab Ecclesia recipienda sunt & comprobanda, tamquam à principio in Ecclesiæ cõspectu cõtracta: sed si à principio essent in cõspectu Ecclesiæ cõtracta, filii indè nati essent legitimi; ergo & tunc.

Quòd autem textus ille intelligendus sit de Matrimonio valido, de quo hic tractamus, docet Gloss. ibi verb. A principio, de temporis cõvalescenti, sup. de Elect. Quòd licet §. Si autem. Arg. contrà sup. de Elect. Dicitur principio valebat quoad Deum, licet non quoad Ecclesiã, sed tunc primò declaratur. Et licet non quoad Ecclesiã, sed nunc pro declarantur.

Si autem à me queritur: an filii legitimi, quando Matrimonium istud erat invalidum apud Deum, propter aliquod impedimentum ignoratum, si postea publicè probeturque ab Ecclesiã, eò quòd nullum defectum sit impedimentum?

Resolutio hujus quæstionis demerit à bona intelligentia textus cap. Quòd si filii sint legit. ubi sic legitur: Item de clandestino Matrimonio, probatum ab Ecclesiã approbato, generati sunt, ut legimos iudices filios & hæredes.

Et quidem (inquit Sanchez loc. cit. n. 1.) quando id Matrimonium clandestinè contractum, ob latens impedimentum ignoratum, approbatum fuit ab Ecclesiã, ut quàm validum, & postea detectum et impedimentum, convenit inter DD. filios genitos & natos post approbationem Matrimonii, ante impedimenti detectionem esse legitimos: cum tunc cõstet ratio d. cap. fin. §. Si quis verò, de Cladest. despons. habent enim parentes tunc legitimam causam ignorandi impedimentum. Et sic Anton. d. cap. Quòd nobis, n. 7. & Anchar. n. 6. fateant esse certum. Hæc ille. Et placet.

Quippe jam censetur Matrimonium publicum, si ve publicè in facie Ecclesiæ contractum, approbatione illà supplente, antea defuit; sicuti ergo filii sunt legitimi qui generantur & nascuntur ex Matrimonio putativo à principio publicè in facie Ecclesiæ contracto, ita etiam erunt legitimi filii, qui geniti & nati fuerint ex Matrimonio putativo clandestinè contracto, geniti, ut quàm, & nati post approbationem Ecclesiæ.

Sed quid si solùm nati fuerint, & non fuerint ante approbationem Ecclesiæ? Hic cõsistit diversitas opinionum. Holtens. Sum. tit. Qui filii sint legitimi, n. 3. sic ait. Item licet cõs, si clam contraxerunt, & impedimentum ignorabant; quia tunc non excluduntur filii, suscepti ex tali Matrimonio, antequam esset per Ecclesiã comprobatum. Patet tamen, quòd si nascantur post celebrationem Matrimonii, quàmvis antea concepti sint, legitimi erunt. Sic intellige inf. eod. Quòd nobis. Hæc ille.

B. O. SACRAMENTUM MATRIMONII

Undè secundum hanc sententiam sensus istorum verborum: De Matrimonio postmodum approbato generati, hic est, de Matrimonio generati, postmodum approbato, quando scilicet filii erant generati, id est, concepti, ex Matrimonio clandestino, & postmodum approbato, id est, post conceptionem fuit approbatur ante natiuitatem.

Probat autem Hostiensis suam sententiam arg. l. Qui in utero, 26. ff. de Statu hominum, & Inlit. de Ingenuis, §. 1. ubi conceptus non habetur pro nato, nisi in suam favorem. Item arg. cap. 2. Qui filii sint legit. ibi: Ideoque sancimus, ut filii eorum, quos ante divorcium habuerunt, & qui concepti fuerant ante latam sententiam, non minus habeantur legitimi.

Ubi Gloss. verb. Concepti fuerant, inquit: Sic ergo tempus conceptionis spectandum est, cum de commodo alicujus tractatur, ff. de Statu hominum, Paulus, & quoties de commodo alicujus tractatur, pro jam nato habetur, ff. eod. Qui in utero est. Ergo à contrario sensu, quoties de incommodo alicujus tractatur, conceptus pro jam nato non habetur.

Cum ergo in casu nostro tractetur de incommodo alicujus, scilicet de illegitimatione filii, conceptus ante comprobationem Ecclesiæ, non habetur pro jam nato; ac proinde videtur iudicandus legitimus, juxta d. cap. Quod nobis, tanquam natus post comprobationem Ecclesiæ.

Alii tamen (prosequitur Hostiensis sup.) hoc largius intelligunt, dicentes, quod etiam nati ante approbationem, legitimi censentur post approbationem, & facit pro eis favor prolis, & sup. de Clandest. despons. c. 2. inf. eod. Tanta.

Sed contra eos est odium parentum; arg. sup. de Filiis Presbyt. Litteras, & mens & verba Concilii generalis, sup. de Clandest. Despons. Cum inhibito, §. Si quis verò, & seq. cui isto: addito temperamento, quod dixi. Nec obest Decret. Quod nobis, quia jam responsum est. Nec Decret. Tanta; quia loquitur in filiis susceptis ex concubina. Hæc ille.

Et contra hoc ultimum de concubina, objicit sibi ipsi, dicens: Sed quæ poterit ratio reddi; quod filii, suscepti & nati ex concubinato, legitimantur per consequens Matrimonium: suscepti verò & nati in Matrimonio clandestino, illegitimi censentur, cum utens Matrimonio castè vivat, 3 r. dist. Nicena: alius verò luxuriosè, & sic plus videtur habere luxuria castitate, contra l. in Authen. de Restit. & ea quæ parit in XI. mens. coll. 4. ibi: Non enim aliquid amplius habebit castitate luxuria, sed subjiciatur quidem & ipsa pœnis?

Respondet Hostiensis: Hoc facit confi-

tutio Ecclesiæ, & diversa consideratio. Prima enim non considerat peccatum vel odium parentum, sed favorem prolis tantum; idè quæ est tanquam favorabilis dilatanda. Secunda verò considerat peccatum & odium parentum, & non favorem prolis; & idè restringenda & strictè interpretanda. Prima etiam à jure civili juvatur, ff. de Concubinis, l. 1. & licet utrique peccet mortaliter; tamen magis scandalizatur, & magis contemni videtur Ecclesia in casu ultimo, quàm in primo; & idè delinquentes districtius vult punire: puniuntur autem magis parentes in filios, quàm etiam in seiplos, ff. Quod met. caus. Isti quidem; & idè etiam in filios punit ipsos. Hactenus Hostiensis.

Aliam rationem addit Sanchez sup. disp. 42. n. 2. Nam, inquit, cum legitimitate proveniat ex Matrimonio, bonâ fide, inculpabiliter quæ contracto, in priori casu non delinquent parentes in ipso Matrimonii contractu; sed id bonâ fide, ac juxta Ecclesiæ Decreta celebrarunt. Et sic non mirum si filii legitimentur: in posteriori autem casu delinquent in ipsomet Matrimonii contractu, deficit quæ bona fides, ac invincibilis impedimenti ignorantia. Hæc ille.

Interim disp. 43. n. 4. contra Hostiensem, tanquam probabilis, docet, reverâ filios conceptos, antequam appareat impedimentum, licet ante approbationem nati sint, effici legitimos, ubi Matrimonium publicatum fuerit, ac Ecclesiæ auctoritate tanquam validum comprobatur, licet postea detegatur impedimentum.

Probat 1. ex cap. 2. de Clandest. despons. ubi habetur, operari approbationem clandestini Matrimonii, tanquam si à principio in conspectu Ecclesiæ fuisset contractum; sed in hoc casu filii essent legitimi, licet postea detecto impedimento Matrimonium separaretur, cap. Ex tenore, Qui filii sint legitimi: ergo quàmvis à principio clam contractum sit, approbatio Ecclesiæ operabitur, ut omnes filii antea geniti sint legitimi.

Et confirmatur; quia Ecclesiæ approbatio purgat omne vitium Matrimonii clandestini, sicut Matrimonium sequens purgat filiorum, qui ex fornicario coitu habiti sunt, turpitudinem, tollitur quæ scientiæ seu affectatæ ignorantia præsumptio, quod fuit motivum d. cap. fin. §. Si quis, de Clandest. despons. ut ibi expressè dicitur; ergo filii efficiuntur legitimi.

Probat 2. quia ante separationem Matrimonii, eo medio tempore, quo Matrimonium existimabatur bonâ fide legitimum, approbante illud Ecclesiâ, filii nati habebant jus legitimitatis acquisitum, & ritè ac

41. Probatio sententia Hostiensis ex Sanchez.

Oppositam sententiam docet Sanchez.

42. Prima ejus probatio.

Confirmatur.

43. Secunda probatio, et veritas ex diversis Reg. juris.

38. Probatur sententia Hostiensis.

Conceptus ante approbationem Ecclesiæ non habetur pro nato.

39. Alioquin sententia.

Rejicitur.

40. Obijcit.

Rejicitur ex Hostiensis.

recte Ecclesia eos tanquam legitimos approbat; ergo hæc legitimatio non tollitur per separationem Matrimonii supervenientem. Quia quod semel placuit amplius displicere non potest, Reg. 2. i. de Reg. juris in 6. Et factum legitime retractari non debet, licet casus postea eveniat, à quo non potuit inchoari, Reg. 73. eod. Tandemque probat: quia in pœnis benignior est interpretatio facienda, Reg. 49. eod.

Sed ad hanc probationem respondere possent Adversarii ex ipso Sanchio eod. lib. disp. 42. cum hæc lex emanarit favore animarum, non debet restringi, sed dilatar; cum per dilatationem evitentur animarum pericula, hominesque ab indebitè Matrimonii ineundis retrahantur; in quo casu lex pœnalis non odiosa & restringenda, sed favorabilis & dilatanda est.

Ac proinde, dicent illi, in hac pœna non est benignior interpretatio facienda, sed severior; ut sic homines magis retrahantur ab indebitè Matrimonii contrahendis, scientes, quòd filii, geniti ex Matrimonio clandestino, etiam ab Ecclesia postmodum approbato, sint illegitimi; si fortè Matrimonium fuerit invalidum propter aliquod impedimentum ignoratum.

Et ita cap. penult. de Sent. excom. verbum, *Excommunicationis*, in dubio, de majori excommunicatione intelligitur, non de minori; cum tamen pœna minoris excommunicationis mitior sit, quàm majoris; eò quòd (ut notat Canisius in d. Regulam) excommunicatio major magis salutem expediat ad continendos homines in officio Christiani hominis (nam & idcirco medicinalis dicitur) quod non est in excommunicatione minore. Hæc ille.

Atque pro hac sententia citatur Gloss. d. cap. *Quod nobis*. verb. *Fuerint*, dicens: *Post approbatum Matrimonium ab Ecclesia, servata solemnitate, quæ traditur sup. de Clandest. despons.* Cum inhibito: quia legitimi erunt, etiam si postea Matrimonium separetur justa de causa: secus si ante approbationem generati fuerint de clandestino Matrimonio, ab Ecclesia non approbato; vel non servata formâ prædictâ contraxerunt: quia filii non excusantur, si contra Matrimonium aliquid postea probetur, ut in prædictâ Constitutione: Cum inhibito. Tales ergo filii, scilicet de Clandestino Matrimonio ante approbationem Ecclesiæ nati, post approbationem legitimi erunt, 32. q. 4. Dicat aliquis, & sup. eod. Tanta, arg. si postea contra Matrimonium aliquid non probetur: de quibus hoc intelligitur sup. de Clandest. despons. c. 2. cujus pars hæc est, & sup. eod. Tanta. Ergo, secundum hanc Gloss. si postea contra Matrimonium aliquid probetur, filii de clandestino Matrimonio ante approbationem Ecclesiæ nati, erunt illegitimi.

Quod probabilis credit cum Aliis, quos citat, Coninck disp. 27. n. 79. Primum, quod tales filios illegitimos esse, nec excipit eorum illorum textuum (puta d. cap. *Quod nobis*, de Clandest. despons. in quibus dicitur dat se Sanchez) cum tamen postea edictum fuerit.

Secundò, duo illa capita nullo modo impediunt de Matrimonio invalido, sive contractis, nec his, ratiõ publicationis, postea factæ, utrumque legitimum concedunt: sed tantum dicunt Matrimonium clandestinum esse validum, ac non habenda, quando de iis Ecclesiæ constituta nisi aliqua rationabilis causa præparetur, est, nisi subit impedimentum.

Neque ullo modo intendunt, in contrahentes, & postea publicantes, alio periculo officere, aut eximere à pœna, præterquam postea imponendis, alioquin tales non sunt jam per judicem puniri, quia cum postea publicant Matrimonium, talium apparet impedimentum.

Neque verum est; tales præterquam seclasse ignorantiam, cum pœna, clam contrahere, timentes, ne aliam pœnam detegatur; quod tamen alii, non contrahunt, vel etiam postea, cum Matrimonium publicant, contingit legere, nec tuis fortè personis, quæ id potest detegere, si tempore fuisset publicatum. Hactenus Coninck.

Ex quibus patet responso ad primam probationem Sanchez, & ejus contrarium, nem, scilicet, d. cap. 2. de Clandest. despons. non loquitur de Matrimonio invalido, de quo hic queritur; sed tantum dicit, Matrimonium clandestinum post publicationem esse validum, non solum apud Deum, sed etiam apud Ecclesiam, ac si à principio Ecclesiæ conspectu fuisset contractum de approbatio Ecclesiæ non purgavit vitium cujuscumque Matrimonii clandestini, sed Matrimonium validum, id est, facit, ut Matrimonium illud, si videtur apud Ecclesiam, apud quod contractum erat invalidum.

Ad secundam probationem Sanchez, pondet Coninck sup. in fine, neg. Aliter enim: Quia, inquit, Ecclesia approbavit Matrimonium, non intendit eos aliter legitimize; sed tantum declarat, illud Matrimonium, quantum ex allegatis & probatis potest cognosci, esse legitimum, per quod nihil ei concedit, sed suæ id naturæ restituit. Hæc ille. Porro natura sua est, ut validum legitime filios, invalidum illegitime.

Ostendendum proinde manet Sanchez, ubi jus Matrimonio illi invalido tribuit, præter naturam suam, effectum legitimat.

44.
Ad 3. respondetur.

45.
Verbum, Excommunicationis, intelligitur de excommunicatione majori.
Canisius.

tionis Aliud jus non affert, præter d. cap. Quod nobis, & d. c. 2. de clandest. despons. ad quæ jam responsum est.

Et quidem in cap. 2. bene notanda est illa parentesis: *Nisi rationabilis causa præcedat*, quasi dicat; non fingi à principio contractum Matrimonium, quando rationabilis causa, id est, impedimentum aliquod reperi- tum fuerit: ergo illo reperto, geniti ante approbationem Ecclesiæ non erunt legitimi.

Deinde; non plus tribuendum est Matrimo- nio putativo clandestino, quam valido, in conspectu Ecclesiæ celebrato; sed hoc non legitimat prolem, quando parentes non poterant validè copulari Matrimonio, tem- pore conceptionis & natiuitatis, cap. *Tanta*, Qui filii sint legit. ibi: *Si autem vir, viventi uxore suâ, aliam cognoverit, & ex ea prolem susceperit, licet post mortem uxoris eam duxerit, nihilominus spurius erit filius, ab hereditate repellendus*. Ergo clandestinum putativum non legitimabit prolem, ante approbationem genitum; quia eo tempore non poterant parentes validè contrahere ob impedimen- tum dirimens, ab ipsis ignoratum.

Denique; danti operam rei illicitæ, er- ror nihil prodest, l. *Eum qui nocentem*, 18 ff. de Injuriis, §. 3. *Si injuria mihi fiat ab eo, cui sum ignotus, aut si quis putet me Lucium Titium esse, cum sim Caius Sejus, prævalet quod principale est, injuriam eum mihi facere velle: nam certus ego sum, licet ille putet me alium esse, quam sum: & idè injuriarum habeo*. Sed contrahens clandestinè dat operam rei illicitæ; ergo error impedimenti præcedens, non prodest, ut filii, accedente approbatione Ecclesiæ, legitimantur.

Et confirmatur; quia eâ ratione spurii non legitimantur per subsequens Matrimo- nium verum, ut statim vidimus, quamvis parentes bonâ fide existimarent, se tunc temporis posse contrahere; cum enim dede- rint operam rei illicitæ, non juvantur erro- re: ergo similiter in nostro casu.

Respondet Sanchez sup. n. 5. ad primum: illam parentesis: *Nisi rationabilis causa præcedat*, jungendam esse illi verbo: *Approbanda*, & ita esse sensum, approbanda esse Matrimonia, nisi impedimentum tempore approbationis detectum, impediatur; at ubi tunc non apparuit impedimentum, appro- batur absolute, ac si à principio in conspectu Ecclesiæ in initum esset. Hæc ille. Sed hoc est, quod queritur, inquirunt Adversarii, & à nobis negatur.

Ad secundum dicit Sanchez ibidem: Ma- jorem esse veram, quando cætera sunt paria, secus non: at hic non sunt paria, quia Ma- trimonium verum, nullo modo poterat ante dispensationem contrahi inter parentes, cum essent conscii impedimenti: at id Ma-

trimonium putativum, cum parentes igno- rarent impedimentum, poterat licitè, juxta eorum existimationem inter eos contrahi, & solum fuit culpa in modo contrahendi clan- destinè, quod vitium purgatur per appro- bationem Ecclesiæ, quæ retrahitur ad tempus, in quo poterat legitime contrahi Matrimonium. Ita Sanchez.

Sed hic iterum petitur principium, in- quirunt Adversarii; nam hoc est, quod quæ- ritur, an hoc vitium purgetur per approba- tionem Ecclesiæ respectu prolis, antea conce- ptæ & natæ, & à nobis negatur.

Ad ultimum respondet Sanchez sup. Ma- jorem esse veram, dum non purgatur vi- tium illius erroris, quod hic purgatur per approbationem Ecclesiæ. Ad confirmatio- nem, negat Consequentiam: dispar enim est ratio, nam licet Matrimonium clan- destinum habeat vitium in modo contrahen- di; opus tamen ipsum simpliciter est per- missum, & tandem ab Ecclesia approbatur, vitio illo clandestinitatis purgato; at fornicatio semper & simpliciter est illicita. Hæc ille.

Sed Adversarii idem dicerent, quod prius dixerunt, scilicet, ante omnia probandum esse ex jure, approbationem Ecclesiæ pur- gare illud vitium, pro tempore antecedente approbationem, quod cum Sanchez non omnino efficaciter præter, manet sententiæ oppositæ sua probabilitas, & fortè tanta, quanta est probabilitas sententiæ Sanchii, aut sententiæ Hostiensis.

Sententiam Sanchii sequitur Aversa q. 7. sect. 3. §. *Rursus*, ibi: Sed melius potest ac- debet intelligi de omnibus, etiam natis ante eam publicationem: quia hæc publicatio & Ecclesiæ approbatio, corrigit illud vi- tium clandestinitatis, & cum tunc consti- tuat filios in facie Ecclesiæ legitimos, hæc legitimatio non amplius tollitur per dete- ctionem sequentem impedimenti, sed sem- per durabit favor concessus cap. *Ex tenore*, & extensus ad hunc etiam casum, cap. *Quod nobis*. Sed pœna hujus Matrimonii clan- destini sistit in hoc, ut si detegitur impedi- mentum ante debitam publicationem & Ec- clesiæ approbationem, careat illo legitima- tionis favore, ac filii interim suscepti, prorsus illegitimi censeantur. Hæc Aversa.

Sed nihil particulare affert, cui jam res- ponsum non sit; idè iterum dico, favorem concessum per illam approbationem, non esse legitimationem prolium præcedentium, sed tantum subsequentiæ, qui favor sem- per durabit, tamen postmodum detegatur aliquod impedimentum.

Nec obstat: quod proles præcedentes jam habeantur ab Ecclesia pro legitimis, quæ ante publicationem pro talibus non agnosce- ban-

52.
Resp. ad 3.

53.
Sententiam Sanchez sequitur Aversa.

Oppositam amplectitur Auctor.

54.
Solvitur ob- jectio.

bantur; hoc enim non fit ex particulari favore, concesso per illam approbationem; sed ex natura validi Matrimonii, de quo jam constat apud Ecclesiam, cum antea esset ignotum; cum autem detegitur impedimentum, sicuti tunc cessat valor istius Matrimonii (qui nunquam fuit apud Deum) cessat, inquam, apud Ecclesiam, etiam per consequens cessat legitimatio prolium, quae fundatur in solo illo valore; destructo quippe principali, etiam destruitur accessorium quod in eo principali fundatur, & manente principali, manet accessorium, quod in eo principali fundatur: siquidem *Accessorium naturam sequi congruit principalis*, Reg. 42. de Reg. juris in 6.

Reg. 42. de Reg. juris in 6.

55. Quid sit principale, ex Canisio.

Principale vocamus (inquit Canisius in d. Reg.) quod in re praecipuum est, & quasi causa illius, quod accedit. Horum itaque ea in se connexio est, ut principali posito vel infirmato, itidem accessorium ponatur, vel infirmetur. Sic ille.

Fieri tamen posset in casu nostro, ut per speciale jus infirmaretur accessorium, non infirmato principali, & poneretur principale, non posito accessorio: v. g. si in poenam Matrimonii clandestini, etiam validi, filii illegitimarentur. An autem sic factum sit, de hoc disputatur. Haec est nostra sententia:

CONCLUSIO II.

Matrimonium clandestinum validum legitimat prolem, antea susceptam a parentibus, habilibus ad contrahendum inter se tempore conceptionis, aut natiuitatis prolis.

56. IN praecedenti Conclusionem diximus contra Aliquos, Matrimonium clandestinum validum legitimize proles, in ipso Matrimonio susceptas; hic quaeritur, an etiam legitimet proles ante Matrimonium susceptas, eo iure, quo eas legitimat Matrimonium contractum publice in facie Ecclesiae, cap. 6. Qui filii sunt legit. *Tanta est vis Matrimonii, ut qui antea sunt geniti, post contractum Matrimonium legitimi habeantur.*

Oppositum Conclus. Probatur I.

Equidem graves & non pauci Auctores, quos citat Sanchez sup. disp. 44. n. 1. existimant, Matrimonium clandestinum ea virtute non gaudere, sed in poenam delicti eo effectu privari. Et probant I. exemplo Matrimonii clandestini invalidi, quod privatur eo effectu, ut patet ex dictis Conclus. praeced. in odium vitii clandestinitatis.

57. Probant. 2. ex Authent. Quibus modis naturales efficiant, legit. cap. 4. §. 1. ibi:

Quantum vero &c. ubi requiritur ad legitimam per subsequens Matrimonium illud contrahi cum dotalibus instrumentis praesentibus Episcopo & tribus aut quatuor Clericis: ergo Matrimonium clandestinum cum illi haec desint, non efficit legitimam prolem.

Probant 3. ex cap. Ex tenore, Quae sint legit. ubi, ut vidimus Conclus. praecedenti, ad filiorum legitimatorem praeratur textus, ut Matrimonium in facie Ecclesiae contractum sit: ergo eo privilegio gaudet Matrimonium clandestinum, quod in sumpto a contrario sensu.

Sed miror profecto (inquit Sanchez in n. 2.) tot tam gravesque Auctores, veritas innitentes fundamentis, hoc admittere. Quare ab illis omnino recedendum est. Nam (ut dicitur l. 1. §. Sed magis, l. 2. de veteri iure enucleando) non est ratio sine Auctorum, quod magis iniquum est, iudicari debet. Item qui per transennam, illam loquens, nochius de Praesumpt. lib. 1. c. 1. n. 39.) non dicitur communis opinio, quae plures DD. eam asserentes habet, nisi disputatione praemissa, sed per se habet (ut aiunt) per transennam, illam loquens.

Quare optime Navar. Sum. in c. 7. n. 289. Non videtur una opinio appellanda communis, ad effectum praesentis auctoritatis, eo solo, quod plures eam sequantur, tanquam oves alicuius, quae praecedunt, sine iudicio sequentes, velut oves, quae unam volentem alicuius sequuntur, secundum Decium. Communio enim non est ad hoc existimanda illam, quam lex vel septem Auctores classici, rem ex professo tractantes assererent, quam probatam quinquaginta sola fere auctoritate priorum ductis: opinio enim communis non est in mero opinantium, sed ex pondere auctoritatis fit.

Quibus adde Joan. Lupum in l. 1. §. 1. de stras, de Donat. inter virum & uxorem, per Notab. 3. §. 20. n. 12. dicentem, non esse credendum Doctoribus, quorumcumque doctrinam polleant, dum careant habitudine. Hucusque Sanchez.

Ad quid ergo replent aliqui libros suos a summo usque deorsum citationibus veterum Auctorum, qui hanc vel illam sententiam docent? Fundamentis potius claudunt implenda est, quam Auctores, qui tanquam oves alicuius, quae praecedunt, sine iudicio sequuntur.

Igitur attentis fundamentis, & non multitudinem Auctorum, dico cum Sanchez sup. Matrimonium validum clandestinum legitime efficere prolem, antea habitam, in eisdem casibus omnino, in quibus efficeret si publice in Ecclesiae facie in iurum esset.

B O N O S C
Sacramentum
D O M I N I

Probat 1. quia correctio juris omnino vitanda est, l. Præcipimus Cod. de Apell. in fine: *Quidquid autem hæc lege specialiter non videtur expressum, id veterum legum constitutionumque regulis omnes relicti intelligant.* Et pena, cum sit odiosa, imponenda non est, ubi in iure expressa non fit, cap. *Is qui*, de Sentent. excomm. in 6. ibi: *Licet in hoc temerariè agat, irregularitatis tamen (cum id non sit expressum in iure) laqueum non incurrit.* Ergo cum cap. *Tanta*, Qui filii sint legitime universales decernatur, filios naturales legitime per subsequens Matrimonium, nec inveniatur textus contrarium decidens in Matrimonio claudefino, vel illud eâ penâ afficiens, imponenda non est.

Quod autem non inveniatur textus, manifestatur destruendo eos, quibus contraria sententia inicitur. Nam cap. finale § *Si quis*, de Claudef. despons. & cap. *Ex tenore*, Qui filii sint legitime, expressis verbis loquuntur, quando Matrimonium fuit invalidum ob impedimentum, ignoratum à parentibus.

Nec est simile in nostro casu, ut Matrimonium claudefinum non legitime prolem, antea habitam: tum, quia hoc non est expressum in iure, sicut illud; & cum sit odiosum proli, ac juris correctorium, exprimendum esset: tum etiam, quia longè diversa est ratio: nam quando Matrimonium est invalidum, non habet ex se, nec ex juris privilegio prolem legitime, sed ob bonam parentum fidem, quæ cessat in Matrimonio claudefino: dum tamen Matrimonium est validum, habet ex se, vel saltem ex juris privilegio, legitime prolem, eò quod est Matrimonium validum: quæ ratio cum reperitur in claudefino, nec jus, concedens id privilegium, distinguit Matrimonium, claudefinum publicumve sit, nec nos distinguere debemus.

Quod maxime hic procedit. Nam cap. fin. de Claudef. despons. ubi in § *Si quis* verò, statuit, habitam prolem ex claudefino putativo non esse legitime, statim in § sequenti ait: *Sed his, qui taliter præsumserint in gradu concessio copulari, condigna pena iungatur*: at si voluisset textus, ut id Matrimonium validum non efficeret legitime prolem, id dixisset; cap. *Inter corporalia*, post medium, de Tranf. Episc. nec Episcopi arbitrio penam imponendam ac taxandam committeret. Hæc ille.

Subdo ergo verba illius cap. *Inter corporalia*: Undè si circa translationem idem fieri voluisset, quod de cessione dixerat, & de translatione poterat expressisse: & quod non est SS. PP. decreto sancitum, superstitiosus non est ad inventionibus præsumendum; præsertim cum nonnumquam intelligatur prohibitum, quod non invenitur concessum. Igitur textus d. cap. fin.

de Claudef. despons. nullatenus probat sententiam Adversariorum.

Quantum ad Authent. Quibus modis &c. eam etiam nihil convincere, probat Sanchez primò; quia hæc in re non est standum dispositioni juris civilis; sed Canonici: ob hanc etiam rationem communis ferè omnium sententia negat, ad hanc legitimationem per subsequens Matrimonium, requiri instrumenta dotalia, & alias solemnitates, in Authentica illa requisitas; etiam quoad terras Imperii & successionem temporalium: quia jus Canonicum, cuius est disponere de Matrimonio ac ejus accessoriis, generaliter loquitur, nec eas solemnitates exigit.

Et similiter eadem ratione non impeditur legitimitas per sequens Matrimonium cum vili persona, indignaque tali viro. Quia quàmvis iure civili, non sufficeret tale Matrimonium, Canonicum tamen eam conditionem non postulat. Ergo similiter, cum jus Canonicum ad prolem antea habitæ legitimationem, non petat Matrimonium publicè contrahi, sed ejus valore contentum sit, curandum non est de solemnitatibus, jurè civili petitis.

Probat 2. quia est ea lex civilis vim haberet, non exigit eas solemnitates, ut verè soboles legitime sit; sed ut constet ac probari possit Matrimonium, & consequenter proli legitimitas. Concluditur ergo, nullum esse textum, in quo ea pena Matrimonio claudefino imponatur: quare standum est juri Canonico, indistinctè statuenti, per subsequens Matrimonium validum, legitime prolem, antea conceptam.

Et confirmatur; quia indefinita Canonis vel legis regulam tradentis, æquipollet universali; ut bene Gloss. cap. *De circa*, verb. *Aliorum*, de Elect. in 6. ibi: *Dicitur solet, quod indefinita Canonis vel legis, regulam tradere intendit, æquipollet universali: indefinita communis locutionis non. Secundum Juristas vel Logicos, indefinita æquipollet universali, in materia necessaria; ut, Homo est animal, ergo omnis homo. In materia verò contingenti, secus, ut, Homo currit; ergo omnis homo, non sequitur.*

Sed contra: quod etiam secundum jura, indefinita non æquipollet universali: nam si lego alicui omne marmor, videor legasse & statuas marmoreas, & cæteras species, ex marmore factas, ff. de Legat. 3. Hæres meus, §. 1. de Auro & argent. leg. l. 1. & tamen si legetur marmor indefinitè, sub legato comprehenditur sola rudis materia, & non species de marmore factæ; ff. de Legat. 3. l. Quæsitum, §. Illud fortasse. Item si lana indefinitè legetur, tinctoria non continetur in legato; ff. de Legat. 3. l. Si cui, in principio, & si legetur omnis lana, etiam cedit

62.

Vid. nec Auth. Quibus modis, quidquam convincit. Probat ex Sanchez 2.

63.

Secunda probatio.

Confirmatur.

64.

Obiectio.

cedit tincta legato ff. de Au. & argent. legat. l. Pediculis §. Labeo: ergo indefinita non æquipollet universali. Item, aliud quando transigitur super generali petitione, aliud quando super indefinita, ut not. sup. de Transactionibus cap. 1. Ita sibi objicit Gloss. Respondet autem: Sed dic, quod quando non est eadem ratio & conditio (per aliquod accidens) omnium particularium in universo comprehensorum, indefinita non æquipollet universali: ut patet in contrariis: nam tinctura lanae & species marmoris, non procedunt ab ipsa origine, sed ex accidentali hominis operatione: & posset majoris estimationis esse ipsum additum tincturae vel speciei, quam ipsum principale: sed quando omnium particularium est eadem ratio & conditio, ut prius, quia non variantur per aliquod accidens, licet forte sit ibi imparitas ex origine: puta, quia alia lana melior & nobilior ex origine, idem in marmore: tunc indefinita negativè vel affirmativè prolata æquipollet universali, ff. de Legat. 2. Si pluribus, §. l. Si ita ff. de Rebus dubiis, l. Si is qui §. Utrum, in fin. Ita Gloss.

65. Posterior ratio, ex Sanchez.

Et ratio ulterior est: quia lex in omnes dirigitur, ejusque virtus in omnibus locum habet; unde indefinita oratio in ea dispositione, quæ universalis est, in universum est accipiendi ratione materiae subjectæ, atque etiam ratione mentis legislatoris, qui universis legem dare intendit; quod si aliquando ab hac universali interpretatione recedendum erit, id continget, aut ratione legis cessante, vel ex propria orationis significatione, aut ex alterius constitutionis interpretatione.

Cum ergo dictum cap. Tanta, indefinitè loquatur, & regulam generalem tradere intendat, quando per Matrimonium sublequens legitimitur proles, universaliter intelligitur de omni Matrimonio valido, sive id clandestinum, sive publicum sit; eò vel maximè, quod hic ab hac regulæ universalitate non cogit deviare alia constitutio, eam restringens ad Matrimonium publicum; nec proprietas orationis, quæ cogit ad intelligendum de Matrimonio publico, cum nomine Matrimonii, positi in d. cap. Tanta, utrumque æquè ac univocè comprehendatur: nec cessare rationem illius dispositionis; nam eadem ratio militat in clandestino & in publico Matrimonio: quæ sunt rationes, ob quas indefinita legis restringi debet, ne universalis æquipollet. Ita Sanchez.

66. Ostenditur ex Sanchez eandem hinc esse rationem Matrimonii clandestini & publici.

Sed enim, dicit aliquis; unde constat, quod eadem ratio militet in utroque Matrimonio? Respondetur: aut illa legitimatio provenit ex virtute & valore ipsius Matrimonii, quod sonant ea verba d. cap. Tanta: Tanta est vis Matrimonii. Ea autem vis Matrimonii & valor reperitur necessariò in clandestino, cum in tota proprietate verbo-

rum dicatur, & sit verum Matrimonium. Aut provenit ea vis legitimandi ex Pontificio, quod id inducit Matrimonium concedat vero Matrimonio d. cap. Tanta non est cur id negetur clandestino vero tandem id proveniat ex beneficio, à patre introducto; ob tacitum contrahentium consensum; præsumitur enim ab initio, cum liberos habuerunt, eundem affectum contrahendi Matrimonium habuisse; nec prorsus præsumptio concurret in Matrimonio clandestino; ergo necessariò clandestinum est, illud habere eandem vim, ac publicum legitimandi prolem.

Et verò in aliquo casu, Matrimonium clandestinum, etiam culpabile, potest esse prolem legitimam, patet ex actu d. cap. de prole, quæ concipitur ex tali Matrimonio valido; cur ergo nequeat legitimatio prolem per Matrimonium, est favorabilis interpretatio, non sit sufficiens Matrimonii presumptio, in odium delicti parentum, est tamen sufficiens favore legitimam prolem, ut docent plures apud Sanchez l. p. idè in re dubia legitimatio favorendam est. Ergo, concludit hic Auctor, eòdè in re rem hanc esse dubiam, an clandestinum legitimet prolem, favendum esse legitimati, & proinde dicendum esse, legitimare.

Sed quæro ego, dicit aliquis; si in dubio favendum est legitimati proli, cum dubium sit, an proles sit legitima, quæ concipitur ex Matrimonio clandestino, in valido propter impedimentum ignoratum, & distinctum à consanguinitate, affinitate & c. cur negat Sanchez talem prolem esse legitimam? Cur affirmat, eam esse illegitimam?

Respondeo; quia d. cap. Cuius in dubio quod imponit istam penam illegitimitatis, solum respicit odium parentum, quæ punit delictum parentum, quæque, sive ex hoc, sive ex illo impedimento, Matrimonium sit invalidum. At verò d. cap. Tanta, maximè respicit favorem proli, & vim legitimandi prolem tribuit, ut significat competere cuilibet vero Matrimonio, quæ veritas reperitur etiam in Matrimonio clandestino. Cui hæc responsio non satisfacit, quærat meliorem, quam ab ipso exspectabo.

Interea pergam ad alias penas Matrimonii clandestini; quarum prima est, quod hoc Matrimonium odiosum sit quoad legitimitatem. Quia mulier spoliata à viro quæ post sessionem maritali, ante omnia est restituida, c. Ex conquestione, de Rest. spol. l. ibi dices verò restitutione nezatà (quod fieri non debuit) in principali procedere voluerunt. Ex ista

B O
Sacramentum
par
D

Mandamus, quatenus si est ita, mulieri virum restitui faciat: quæ post appellationem ipsius acta sunt, in irrium revocantes: postmodum super Matrimonio causam audiat, & sine canonico terminetis.

Idem statuitur cap. Litteras, eod. ibi: Quod si non habeat probationes incontinenti paratas, sed dilationes expectat longiores (quia præsumitur contra eam, quæ sine iudicio Ecclesiæ, suâ tantum temeritate recessit à viro) ad restitutionem plenariam Ecclesiasticâ debet censurâ compelli.

At si Matrimonium fuit clandestinum, non restituitur ante omnia, ut docet Glossa cap. Ex transmissa, 8. cod. verb. Legitimè, dicens: Id est, per legitimum consensum de præsentibus utriusque, per verba idonea expressum, inf. de Sponsal. Si inter & cap. Tuæ. & in facie Ecclesiæ: & idè non obstat restitutioni, licet obijceretur consanguinitas, inf. eod. Ex conquestione; nisi obijceretur gradus indispensabilis, vel etiam quodcumque aliud impedimentum perpetuum, & probationes essent incontinenti paratæ, inf. eod. Litteras, secus si ageretur petitorio sup. de Ord. cog. Intelleximus. Hæc Gloss.

Porro textus sic habet: Mandamus, quatenus si vobis constiterit, quod præfata mulier prædicto militi legitimè desponsata fuisset, & ab eo cognita: ipsam ei restitui faciat. Ergo à contrario sensu, si non constat, quod præfata mulier prædicto militi legitimè desponsata fuerit (sicuti non constat, quando clandestinè (sicuti desponsata) ipsa non est ei restituta.

Et ratio est; quia Matrimonia clandestina sunt odiosa, eò quod contra Ecclesiæ interdictionem incantur; undè pro eis imponenda est penitentia cap. 1. de Matrim. contract. contra interdictionem Ecclesiæ, ibi: Et imposita sibi de tanto excessu penitentia condigna &c. Item cap. 2. eod. ibi: Alia tamen penitentia eis debet imponi, quia contra prohibitionem Ecclesiæ hoc fecerunt. Quid ergo mirum, si non eo favore fruantur, antequam de illis constat, quo gaudet Matrimonium; in facie Ecclesiæ contractum? Jus enim præsumit contra eum, qui adversus jura nititur: Reg. 8. 2. de Reg. juris in 6. Qui contra jura mercatur, bonam fidem præsumitur non habere. Ratio est, (inquit Canisius hic) quia cum quilibet actiones suas ad normam juris dirigere teneatur, præsumitur non ignorare jus, vel saltem peritiores antea consuluisse: unde necesse est, non bonâ fide agere, saltem præsumptivè.

Et hinc in casu nostro non præsumitur Matrimonium, antequam probetur, sed potius oppositum. Ac proindè mulier, quæ recessit à viro, non est ei ante omnia restituenda; quia vir nunquam habuit, vel sal-

tem præsumptivè, possessionem ejus; quia liber homo possideri nequit, nisi ex aliquo titulo conjugii, qui titulus, hic non est; quia non præsumitur Matrimonium, nisi prius probetur.

Sed & clam possidens, potest propriâ auctoritate spoliari, ut docet Bart. l. 1. §. Interdictum, n. 3. ff. Uti possidetis. Berouus c. In litteris, n. 53. de Restit. spoliat. Undè ne spoliatur, debet titulum ostendere: dum ergo non ostenditur Ecclesiæ titulus Matrimonii clandestini, non est conjux spoliatus ante omnia restituendus. Atque hæc de prima pœna.

Secunda est: si ignoranter intrâ gradus prohibitos contractum sit, neglectis scilicet denuntiationibus, separandum est, contractusque carere debent spe dispensationis obtinendæ, juxta Trident. sess. 24. de Reform. Matr. c. 5. Sed de hac pœna satis actum fuit Concluf. præced. Videantur ibi dicta.

Tertia pœna statuitur, ut secundum Matrimonium publicum, præferatur priori clandestino, uno integro teste & fama comprobato, quàmvis secundum duobus folis testibus comprobetur; licet aliàs unus testis cum fama plene probet. Ita lego apud Covar. to. 1. de Matr. part. 2. c. 16. n. 14. ubi sic ait:

Primò, ex hoc vitio Matrimonii clandestini, insurgit insignis Vincent. sententia in c. 2. de Clandest. despons. qui asseruit, Matrimonium secundum, publicè contractum, præferri primo clandestinè contracto, quod probatur uno integerrimo teste & fama; etiam si secundum duobus tantum testibus probetur. Nec standum est priori contractui, sed illi, qui ex Ecclesiæ constitutione clariorem probationem habet; tamen si aliàs unus testis cum fama plene probet.

Idem Abbas ac ceteri in d. cap. 2. & est Abbas. speciale in hoc casu, unum testem cum fama non probare Matrimonium clandestinum in præjudicium secundi, in facie Ecclesiæ contracti. Felinus in cap. 1. Ur lite non contest. n. 2. ibi: Licet regulariter fama cum uno teste probet plene, Gloss. in cap. 1. de Apell. DD. in cap. Veniens, de Testibus, & ibi dixi: tamen si quis probat Matrimonium per testes, & ex adverso Matrimonium clandestinum probetur per unum testem de veritate, & alium de fama, obtinebit primus; Vincent. in cap. 2. de Clandest. despons. quod est singulare & speciale in causa matrimoniali, secundum Jac. Zochum ibi: Hæc ille.

Verùm (inquit Covar) intelligenda est Vincentii opinio, ita ut locum non habeat, quando secundum Matrimonium in facie

PPPPP Eccle-

73. Secunda pœna Matr. clandestini.

Tertia.

Covar.

74. Matr secundum publicum quamquãdo preferatur priori clandestino.

Vincentius

Felinus.

75. Quomodo intelligenda opinio Vincentii

70. Non restituitur ante omnia mulier postquam

83. cod.

71. Probatur penitentiâ

Reg. 8. de Reg. juris in 6. Canisius.

72. Et hinc in casu nostro non præsumitur Matrimonium, antequam probetur, sed potius oppositum.

centii juxta
Covar.
Primò.

Ecclesiæ contractum fuit, habitâ scientiâ primi, & sub conditione, si primum clandestinum verè non præcesserit, vel irritum fuerit. Hoc enim casu refertur secundus contractus ad primum, qui probari potest per legitimas probationes & ordinarias. Ita Barb. Confil. 40. col. 2. in 3. volum.

Barbosa.
Secundò.

Secundò, locum non habet Vincent. assertio, quando secundum Matrimonium contractum fuit, lite pendente super primo clandestino; ex eo enim, quòd lite pendente fuit contractum, amittit privilegium illud, quod ei Vincent. tribuendum fore existimat. Sic notat Joan. ab Imol. in Confil. 125. & Decius Confil. 163. col. 4.

Imol.
Decius.
Tertiò.

Tertiò, ex eodem Decio, communis opinio locum sibi non vendicat, ubi pro Matrimonio primo, clandestinè contracto, adfunt aliquot indicia, præter dictam probationem; nempe nominatio conjugalitatis, subarratio, copulatio: ex quibus opinor, ut plurimum hanc rem arbitrio judicantis definiendam esse. Hactenus Covar.

76.
Tertia poena
rarissimè
habet lo-
cum.

Ex quibus ego opinor, hanc poenam rarissimè habere locum, immò nunquam habet locum, ubi obligat Concil. Trident. per cuius Decretum irritans sess. 24. de Refor. Matr. c. 1. Matrimonium, ut valeat, necessariò contrahendum est coram Parocho, & duobus testibus; & idè in hac re nolo amplius immorari, sed pergo ad poenas contrahentium Matrimonium clandestinum, & testium ei assistentium; pro quibus instituitur

CONCLUSIO III.

Clandestinè contrahentes sine Parocho & testibus, Trid. reddit inhabiles ad sic contrahendum, eosque graviter arbitrio Ordinarii puniri præcipit. Contrahentibus clandestinè non præmissis denuntiationibus, condigna poenitentia injungatur,

77.
Prima pars
Conclus.
probat ex
Trident.

Intellige 1. part. Conclusionis, tamen si denuntiationes fuissent præmissæ; quippe Concilium solum requirit, ut aliter, quàm præsentè Parocho & duobus vel tribus testibus Matrimonium contrahere attemptent; sic enim ait: *Qui aliter, quàm præsentè Parocho, vel alio Sacerdote, de ipsius Parocho seu Ordinarii licentiâ, & duobus vel tribus testibus, Matrimonium contrahere attemptant, eos S. Synodus ad sic contrahendum omninò inhabiles reddit. Et infra: Nec non ipsos contrahentes graviter arbitrio Ordinarii puniri præcipit.*

Ubi non simpliciter & absolute inhabilitantur ad contrahendum Matrimonium, sed, *Ad sic contrahendum*; id est, sine Parocho & testibus. Undè non solum valide, sed etiam licitè possunt de novo contrahere coram Parocho & testibus inter se, vel cum aliis, absque ulla dispensatione aut licentiâ Episcopi. Ita declararunt Cardinales, qui traxerunt, possunt, si pariter dissentiant, necem se disjungere, licet consummationem aliquandiu cobabita verim; sed præter Ordinarium sunt puniendi: sed non debent ad contrahendum cum aliis, nec possunt se invicem contrahendum, servata forma Concilii, nisi sponsalia per verba de futuro contracta fuerint, tunc servandum est commune.

Quod hic dicitur de disjunctione, intelligendum venit: nisi Matrimonium publicum, ita ut verum sit, non retur scandalum; tunc quæ ad scandalum evitandum, petenda est declaratio super invaliditate, seu nullitate ejus. Hæc tamen non præsumitur, quæ Sanchez sup. disp. 46. n. 4. præcipit, eos conjungens alio Matrimonio, minime incurret triennem suspensionem cap. fin. de Claudef. despons. quàmvis opposuissent Majolus lib. 3. de Irregularitate c. 25. §. *Crimina impediens Matrimonium*, n. 17. verè. *Hodie alius casus.* Quia ea imponitur Parocho assistenti Matrimonio clandestino, aliivè interdicto, quale non est hoc: sed erit poenâ arbitrariâ puniendus. Hæc ille.

Porro quòd hoc Matrimonium non sit interdictum, de quo posset esse questio, quod affirmat Majolus; probatur ultimum, quia cum perpetua prohibitio ad contrahendum sine licentiâ Episcopi, sit poena, non est verisimile fore, ut de illius, volens eam imponere, non recederet. Quod autem non est verum, est incredibile, l. *Mævius*, 66. in præf. de Legat. 2. ibi: *Voluntatis tamen quædam est, nam incredibile videtur, id egisse hærum, ut eadem poenâ bis eidem deberetur; sed verum est, de altera parte eum cogitasse. Et verò magis incredibile est, quia minus verisimile, Concilium voluisse imponere poenam inhabilitatem ad contrahendum inter se, vel cum aliis, cum illa sit poenâ poena, graviorque omnibus aliis poenis. Cur ergo hanc tacuisset?*

Adde: quòd Decretum illud Trident. non sit novum, ac correctorium juris antiqui, quo Matrimonium clandestinum nullum erat; ergo potius est strictè, quàm amplè interpretandum. Propter hæc certissimum est, clandestinè contrahentes sine

B O S C
Sacramentum
paris
D E N

Parocho & testibus, tantum esse inhabiles ad sic contrahendum, id est, clandestinè; ac proinde, si velint iterum palàm contrahere, nulla indigere dispensatione. Ita censuit Sacra Card. Congregatio. *Qui, inquit, sine testibus ac Parocho clandestinè contrahunt, licet eodem Decreto dicantur inhabiles ad sic contrahendum, non tamen manent inhabiles ad rursus contrahendum inter se, vel cum aliis, si servent Concilii formam*

80. *Obis.* Sed dicit aliquis: in priori Declaratione dicuntur graviter puniendi arbitrio Ordinarii; ergo saltem requiritur licentia Episcopi, ut licitè invicem se disjungant, & aliud Matrimonium ineant.

Solutio. Respondeo: non sunt puniendi, quia se invicem disjungunt, ad quod tenentur, secluso scandalo, nisi de novo contrahant, servatà formà Concilii; sed quia antè se conjunxerunt, contrahendo Matrimonium, & illud consummando, non servatà formà Concilii, ut habet altera pars Conclusionis, quæ nullam patitur difficultatem, eò quòd verba Tridentini, suprà recitata, apertissima sint.

Solum notandum; graviore poenà dignos esse, qui non solum Matrimonium contraxerunt sine Parocho & testibus, sed etiam Matrimonium sic contractum consummaverunt; quia gravius deliquerunt, ut liquide constat.

81. *Opponitur* Cæterum manet adhuc unus scrupulus contra primam partem, ex aliqua Declaratione Card. sequentis tenoris: *Statuere Ordinarius non debet, ut illi, qui non servat à formà prædictà contraxerunt, sint inhabiles ad contrahendum, quia est contra dispositionem hujus capituli; per verba enim illa Decreti: Ad sic contrahendum, non intelligitur, quòd, qui extra formulam Decreti Matrimonium contraxerunt, simpliciter inhabiles fiant ad rursus contrahendum: quare, qui in contrahendis Matrimonii Decreti formulam secuti non sunt, si rursus contrahere velint ex Decreti præscripto, id est, adhibitis Parocho & testibus, hoc Ordinarius illis concedere debet, nisi sanguinis conjunctione, aut propinquitate, aut aliis sacrorum Canonum exceptionibus, impediantur.* Si Ordinarius illis concedere debet licentiam; ergo illi licentiam petere tenentur; ergo sine licentia saltem illicitè contrahunt.

82. *Replicatur* Respondeo (præterquam quòd post Urb. 8. non constet nobis authenticè de hac Declaratione) per illa verba: *Hoc Ordinarius illis concedere debet, Congregationem non voluisse significare, necessariam fore positivam licentiam Ordinarii, sed potius videtur voluisse Ordinario prohibere positivam prohibitionem talis Matrimonii, & per se loquendo præcipere assistentiam, ubi &*

quando foret hæc necessaria ad Matrimonium contrahendum.

Statuere (inquit Declaratio) Ordinarius non debet, ut sint inhabiles ad contrahendum; immò nec potest statuere, quia (ut sequitur) est contra dispositionem hujus cap. & per consequens Pontificis, cui soli reservata est constitutio impedimenti dirimentis pro fidelibus, ut suo loco patebit.

An autem possit illis Matrimonium prohibere in poenam commissi delicti, est alia quæstio, cujus resolutio pendet ex qualitate delicti, & quantitate talis poenæ; si namque est poena proportionata delicto, liquet Episcopum eam posse infligere, secus si est improporionata, excedens gravitatem delicti. An autem sit proportionata, relinquatur judicio prudentis.

Scimus, in aliquibus Dioecibus Episcopos in suis Constitutionibus Synodali- bus proferre excommunicationem in eos, qui clam absque bannis contrahunt Matrimonium; qui indubiè pro tempore, quomaneant excommunicati, non possunt licitè contrahere Matrimonium. Sed etiam scimus, Aliquos dicere, multò consultius fore, eam excommunicationem non fulminari; quia si Pontifex & Concilia eà opus esse judicassent, tulissent utique.

84. *Eos repræ- hedit Sotus.* Audite Sotum 4. disp. 28. q. 1. a. 2. §. De bannis. Sunt, inquit, nonnullæ Ecclesiæ in quibus in toto uno sæculo nulla fiunt banna, & tamen Antistites nequam dispensare volunt, ut Matrimonia absque illis contrahantur, sed sententia excommunicationis contrahentes vulnerant, à qua, nisi certà multà pecuniaria in fabricam Ecclesiæ solutà, absolvere illos vetant.

Et §. sequenti hæc scribit: Quò igitur ad jus commune revertamur, nulla est per ipsum decreta vel excommunicationis, vel aliùs censuræ poena contrahentibus absque bannis & clanculò: sed peculiariter nonnulli Prælati illam censuram in suis Dioecibus ad Canones, ut aiunt, adjiciunt. Et certè, si Summi Pontifices & Concilia tales sententias & censuras judicassent necessarias, ab ipsis essent adjectæ; & idèò consultius forsàn esset, jus commune relinquere nudum, ne leges particulares in eam suspensionem veniant, quòd propter subsidium potius fabricarum, quàm animarum sint positæ, Zelus venerandi Sacramenti Matrimonii me in hæc verba compulit. Ita Sotus.

85. *Excusatus Sanchez.* Sed non est (inquit Sanchez sup. disp. 46. n. 9.) cur ita carpantur Episcopi, cum adjuvent poenas, jure communi statutas, quoridieque malitià hominum crescente, poenas augeri expedit.

Et continuò subjungit: Majus autem An valent
Pppp 2 du-

Constitutio Synodalis Salmantinae Covar.

dubium est de valore Constitutionis Synodalis Salmantinae, cujus meminit Covar. 4. Deeret. 2. part. c. 6. initio n. 9. (aliàs 11.) quâ excommunicantur ipso jure clam contrahentes, caveturque hos excommunicatos ante denuntiationem vitandos esse. Cujus valorem dicit Covar. ibi dubium videri, eod quodd sit contra legem Superioris lata, nempe Constit. Mart. 5. *Ad evitanda scandala*, in Concilio Constant. editam, indulgentem solos excommunicatos denunciati, vel notorios Clericorum percussores, vitandos esse.

86. *Aliqui conatur eam defendere.*

Alii verò conantur eam defendere: quia notorium est, illos clam contraxisse, & notorius excommunicatus, nondum denunciatus, vitari debet. Sed melius dicimus, eam Constitutionem servandam non esse, quia est contra Constitutionem Superioris, arg. cap. 6. de Major. & obed. *Cum inferior Superiori solvere nequeat vel ligare, sed Superior inferiori liget regulariter & absolvat &c.* Nec est verum, omnes notorios excommunicatos vitandos esse, sed solos notorios Clericorum percussores, ut habet communior sententia.

Cap. 6. de Major. & obed.

Pœna debet esse proportionata delicto.

Quidquid sit de valore hujus Constitutionis, indubiè opus est prudentiâ, ut non constituantur & infligantur pœnæ, quæ excedant gravitatem delicti, sed quæ omnibus consideratis sunt condignæ; prout loquitur cap. fin. de Claud. despons. ibi: *Sed his qui taliter clandestinè præsumperint etiam in gradu concessio copulari, condigna pœnitentia injungatur.* Ubi Gloss. verb. *Pœnitentia*, inquit: *Nota, quod puniuntur contrahentes, & tamen nullum subest impedimentum, sed illud idèo fit, quia contrahunt contra interdium Ecclesiæ, unde puniuntur non propter impedimentum, sed quia mandatum Ecclesiæ contemnunt.*

C. fin. de Clad. desp.

87.

Paret autem, quod hoc jus nullam certam taxet pœnam, sed absolutè remittit, & eo modo loquendi mandat Judicibus Ecclesiasticis, ut suo arbitrio convenientem pœnam infligant contrahentibus. De testibus verò intervenientibus, textus quidem non loquitur: sed, ut DD. advertunt, cum ipsi quoque delinquant, cooperando & concurrendo ad eum modum contrahendi, contra præceptum Ecclesiæ, sunt quoque pro modo culpæ suæ pœnitentiâ afficiendi. Vide Sanchium sup. n. 8.

Quarta pœna contrahentium clandestinè. Sanchez.

Et hætenus quidem de pœnis, impositis contrahentibus clandestinè per jus Canoniceum. Sed quid dicam de pœnis juris civilis? Quarta pœna contrahentium clandestinè (inquit Sanchez sup. n. 11.) est, ut ambo conjuges tradendi sint consanguineis propinquioribus uxoris in servitutem perpetuam. Sic habetur l. fin. tit. 3. p. 4. Sed

hæc pœna jam non habet locum, sive quia hæc lex in defectu dicitur abire, sive quod mitior pœna per leg. 49. *Tauri*, clam contrahentibus est statuta. Hæc ille

Rogas: quæ sit illa pœna mitior? Respondetur: pœna exheredationis: sic enim ait d. lex 49. *Mandamus ut ille, qui contraxerit Matrimonium, quod ab Ecclesiâ habetur pro clandestino, ipse & illi, qui ei intercesserunt & testes talis Matrimonii, incurant omnem omnium suorum bonorum, & sint scripti de nostris regnis, & ut illa sit ipsa ratio propter quam pater & mater possint exheredare, si voluerint, suas filias, in quo nullus alius possit accusare, nisi pater, & mater, matris patre.*

Ubi in primis notandum; hæc legesolum meminisse filiarum, & non filiorum, unde olim scribentes super eam, *clandestinè ad filios clam contrahentes, nec est ratio; tum ob majorem horum respectum in sexu femineo; tum ob maiorem illius fragilitatem, minoremque vigorem, & ad rem tanti momenti. Sic parentum consilio aggrediendum. Non enim d. lex solam considerat clandestinitatem Matrimonii; sed etiam injuriam, quæ parentibus inferitur, quando filie contrahunt absque parentum consilio, ut patet ex illis verbis: *In quo nullus alius possit accusare &c.* quod & ipsum bene notandum est pro iis; quæ infra dicentur.*

Interim hodie d. lex habetur lib. 9. *Recopil. tit. 1. l. 1. cum hoc additur: Et possunt exheredare, si voluerint, suos filios & filias, qui tale Matrimonium contra fecerunt: id quod etiam apud ceteras nationes sumilibus constitutionibus observant, ex Arrano dicit Pechius lib. 1. de Testam. mand. uxoris c. 2. ex quo addito patet mater, & omnes fatentur, hodie d. legem etiam ad filios.*

Et quoniam generaliter loquimur, considerat patriam potestatem, ut eorum dicitur tationem; sed tantum reverentiam debent parentibus, nam solis parentibus, ac non filii desert; putat Sanchez sup. tit. 4. n. 3. eam habere locum, non solum in tribus familiis, sed etiam in ipsiis videlicet obditis; non solum in parentum domo negotibus, sed etiam non cohabitantibus.

Quippe conditio negativa est pœnæ, porro conditio positiva in d. lege est negativa, dum prohibet filiam clam contrahere: perinde enim est, ac si dicat, ne clam contrahat sub exheredationis pœna. Est itaque etiam hæc pœnam incurrit filia, quæ clam digno inconsultis parentibus, quia ipsa injuriam irrogat parentibus, utique

clandestinitatis id Matrimonium afficitur. Ita docet Sanchez sup. num. 4. cum Aliis, quos citat.

Hoc tamen intelligendum est de filia, quæ non est major 25. annis; secus si est major 25. annis; quippe prædicta lex, ut patet ex dictis, duas conditiones petit, nempe clandestinitatem & parentum injuriam; quare deficiente alterâ, nimirum parentum injuriâ, ut deficit in hac filia majori, juxta dicta Sect. 5. Concluf. 3. & 4. ad quas Lectorem remitto, non erit locus illi pœnæ.

Nec obstat Pragmatica Caroli 5. in qua extêditur hæc pœna ad filiam majorem 25. annis, quia, ut notat Sanchez sup. n. 5. non est in nova Recopil. inserta, & ideo non obligat.

Ex eodem fundamento sequitur: filium vel filiam; clam contraheantem consentientibus parentibus, non posse ob id hæreditate privari, sive sint sub patria potestate sive non; quia non irrogatur injuria parentibus. Sed neque tali casu incurrunt contraheentes, aut testes, alias pœnas d. legis 49. nam respectu omnium illarum personarum, accusatio solis parentibus defertur, & omnia præcedentia sub uno contextu complectitur; ergo cessante injuriâ, sicut reverâ cessat, dum parentes consentiunt, jus accusandi extinguitur, & proinde non erit locus illis pœnis.

Et quia consimiliter cessat injuria, quando parentes pessimè erga filias se habent, eorumque Matrimonia differunt malitiosè, ne eas dotare cogentur; hinc, si nubant æquali, gratiâ redimendæ hujus vexationis, nequaquam incurrunt pœnas d. legis 49.

Sed quid, si filia ingrediatur Religionem ante Matrimonii consummationem? Non poterit exheredari. Tum, quia, juxta veteriorem opinionem, exheredationis causæ, Religionis ingressu abolentur; tum etiam, quia (ut ait Minchaca de Success. l. 1. §. 10. n. 646.) in nullo casu ita aboletur exheredationis causa ingressu Religionis, ac in hoc quandoquidem dirimatur Matrimonium, quod ignominias, paternæque injuriæ causa erat.

Et maxime, quia Aliqui dicunt, pœnam exheredationis ob Matrimonium clandestinum, tunc temporis contrahi, quando Matrimonium copula consummatur; quia lex 49. Tauri, inquit: *Mandamus, quod ille, qui contraxerit Matrimonium: nomine autem Matrimonii in pœnalibus intelligitur, quando consummatum est.* Ita Sanchez sup. n. 9.

Tantum subdo Novellam Constitutionem, quam adducit Gratianus 19. q. 3. cap. ultimum per fin. *Non liceat parentibus liberos, vel liberis*

parentes ab hereditate repellere. Monachos factos: *quomodo dum laici fuerant, in causam ingratitudinis incidimus.* Ubi Gloss. verb. *Ingratitudinis: Ecce quod ingratitudo aboletur per ingressum monasterii.*

Per quam sanè Constitutionem (inquit Molina de Justitia to. 1. tract. 2. disp. 176. n. 58.) derogatum est l. *Deo nobis*, §. 1. Cod. de Episc. & Cler. ex qua contrarium colligebatur. Panormitanus & plerique Alii, quos Covar. cap. *Raynuius*, in initio n. 20. alias 28. refert, eam amplectuntur, universimque juxta eam volunt, per Professionem causam omnem exheredationis aboleri: nec dubito rejiciendas procul dubio esse varias restrictiones, quæ hac de re a quibusdam confinguntur, cum Constitutio illa universim loquatur; neque solum corpori juris Canonici sit inserta, sed in se jus commune Cæsareum sit; non quodcumque, sed novissimum, quod proinde anterioribus omnibus derogat.

Alciatus & Franciscus Valduinus, quos Covar. refert, negant extare talem Constitutionem, confictamque à Gratiano arbitrantur. At Covar. satis doctè ostendit, defumptam fuisse ex Novella Constitutione 123. tamen si in aliquibus codicibus non reperitur. Cum ergo Gratianus vir fuerit doctissimus, summæque auctoritatis, qui, nisi illam in Novellis Constitutionibus reperisset, nunquam corpori juris eam inseruisset; Alciatumque illam, in quibusdam codicibus, quos legit, non invenisse, sufficiens argumentum non sit, latam non fuisse, non video, cur illi standum omnino non sit. Hucusque Molina.

In libro, quo ego utor, d. Novella c. 41. his verbis concepta legitur: *Nullam verò licentiam damus, aut parentibus filios, aut filius parentes, secularem vitam sectantes & relinquentes, velut ingratos à sua excludere hereditate, Monasterium aut monasticam vitam subsecutos.* Ubi autem jus non distinguit, nec nos distinguere debemus absque manifesta ratione. Undè non placet Covarruvias, excipiens nostrum casum ab illa Constitutione, dicens: *Ex hac resolutione deducitur intellectus ad Regiam l. 49. Tauri, quæ patri permittit exheredare filiam, Matrimonium contraheantem absque ejus consensu, ut habeat locum, etiam si filia, contracto Matrimonio ante copulam Religionem fuerit professa.* Hoc ipsum sententiâ comprobatum fuisse in Prætorio Regio, refertur Joan. Lup. in d. l. 49. ad finem. Ita Covar. sup. n. 29.

Hæc inquam exceptio nobis non placet, quia excogitata sine manifesta ratione; nullam enim adducit Covar. solum dicit: *Bald. in d. l. Deo nobis*, primam opinionem intelligit

Molina;

Covar.

95.

Aliqui putant, dictum cap. esse confictum. Alciatus. Valduinus.

Oppositum verius est.

Joan. Lup.

96.

Rejicitur doctrina quadam Covar.



git in causa & vitio, quod directe ipsum tantum filium concernit: si autem patris personam directe causa spectet, aut læserit, non tollitur secundum eum professione Religionis. Hæc ille.

Sed undè probatur, quòd Bald. benè intellexerit illam opinionem, vel quæ ratio talis intellectus, sive illius distinctionis generalium verborum? Sicut dictum est, sine manifesta ratione non oportet generalia verba alicujus legis restringere ad certum casum. Undè & hanc distinctionem rejicit Molina sup. n. 59.

97. Resp. ad quandam sententiam Regiam reprobatur. Em. à Costa. Molina.

Rogas autem, quid ergo ad dictam sententiam Regiam? Ex eo capite (inquit Molinaria) excusare vult (Eman. à Costa) sententiam illam in Regno Castellæ latam; quoniam Castellæ Regnum exemptum sit ab Imperio, potuit non velle recipere Novellam illam juris communis. At certè, quàmvis Princeps id statuere poterit ante illum eventum, cum non constet statuisse, Senatores juxta jus illud commune, quod juri Regio non repugnabat, ferre itenebantur sententiam. Et non solum Senatores, sed neque Principes ipsi, post facti contingentiam potuerunt rejicere Novellam, ut juri, quod Monasterium ex illa jam antea comparaverat, præjudicium ullum inferrent. Sic Molina.

98. Sententia Dicast. filii majorem 25. annis posse exheredari.

Cæterum, quàmvis hæctenus dicta, sint probabilia, tamen non omnia omnibus placent. Et inter alia non placet Dicastilloni disp. 3. n. 189. quòd filia major 25. annis, si clandestinè contrahat, non possit exheredari per dict. leg. 49. Tauri, secutus Molinam sup. n. 16. eò quòd, universim de contrahentibus clandestinè loquatur, maxime (inquit Dicastillo) cum sit lex habens conditionem negativam; conditio autem negativa non minùs distributa est & universalis pro omni significato termini propositionis, quàm pro tempore significato per verbum.

Probatur.

Accedit; quòd falsò assumit Sanchez, filiam majorem 25. annis, clandestinè nubentem (& idem de filio, ad quem jam lex extensa est) nullam injuriam irrogare parentibus; quàmvis enim non irroget injuriam parenti contra patriam potestatem, quia jam excedit 25. annum; irrogat tamen contra reverentiam debitam parentibus, quæ per totam vitam durat; maxime, ut non fiat aliquid, quod aliquâ ratione in parentum gravem, justumque dolorem, erubescientiam aut pudorem, aliamve notam possit redundare; & in communi hominum æstimatione meritò id totum redundat in parentes, qui justè possunt graviter tritari & dolere, quòd contra tam grave præceptum Ecclesiæ, tamque gravibus poenis

commendatum; filius filiarve delinque Hæc ille.

Respondeo: parentes justè non possunt graviter tritari & dolere, quòd filius vel filia clandestinè contrahat, sicut justè non possunt graviter dolere, quòd filia contrahat sine eorum consensu; Quia (ut dicitur in Authent. Ut cum de Appell. &c. cap. §. 11. in fine) non sua culpa, sed parentum id commississe cognoscitur. Si enim antea matrimonio copulassent, prout debuerunt, annum 25. non contraxisset clandestinè eorum consensu.

Sicuti ergo, quòd sine consensu patrum marito se, libero tamen occupato d. Authent. hoc ad ingratitude dicitur non vult imputari, quia non sua culpa, sed parentum id commississe cognoscitur, itaque dicit. lex 49. Tauri; non vult imputari filie, vel filio ad irrogationem, quòd clandestinè contraxerit, quia non sua culpa, sed parentum id commississe cognoscitur; non quia peccet, cum hoc contumendo, sed quia non peccat in peccatis parentum.

Nonnè filie clandestinè contrahentes, eò quòd parentes pessimè erga ipsas trahant, earumque Matrimonia malitiosè differant, nonnè, inquam, peccant? Quia tamen non peccant specialiter in parentes, idèd nequeunt, ut etiam admittit Dicastillo ibi. n. 195. parentes eas exheredare.

Jam autem d. Authent. videtur supponere, filiam majorem 25. annis non peccare contra reverentiam debitam parentibus, tamen si iis inconfaltis nubar etiam indigno dummodo libero; quia supponit, parentes fuisse in mora, & idèd statuit tale Matrimonium non esse causam sufficientem exheredationis. Ergo similiter, si nubar clandestinè, in tali casu, in quo nubendo utitur Ecclesiæ, nullam irreverentiam parentibus irrogaret; de hoc enim casu intelligitur sententia Sanchez, ut patet ex verbis supra relatis.

Præterea improbat Dicastillo, quòd supra ex Sanchio atrulimus; scilicet, cum parentes consentiunt Matrimonio clandestino, tam contrahentes, quàm testes non currere alias poenas dictæ legis 49. Tauri, puta confiscationem bonorum & poenam exilii. Improbat, inquam, illam doctrinam Dicastillo sup. n. 194. dicens:

Falsò putat Sanchez, & alii, accusatos faciendam coram judice, ut cæteræ poenae infligantur, & dependere ab accusatoribus patris aut matris contrahentium; cum quia hoc sequeretur, illam legem solum habere locum in filiis, habentibus parentes cæteræ poenæ verò tam contrahentes parentibus carere, quàm testes esse liberos à tali lege; quia magis

B. O. S. S. Sacramentum Matrimonii

lus est parens contrahentium, qui possit de-ferre & accusare.

Tum, qui a falso assumit Sanchez, illam particulam: *Otro ninguno* &c. id est, *nullus alius* &c. ita esse restrictivam potestatis accusandi, ut omnia præcedentia in illo textu comprehenda utur, ita ut cessante injuriâ parentum, propter eorum consensum, jus accusandi extingatur, & non sit locus illis pœnis: nam si i. c. t. inspicitur textus, solum circa filios restringitur ea facultas accusandi ad solos parentes, cum enim dixisset: *Puedan desheredar, si quisieren* &c. id est, *possunt exheredare si voluerint* &c. subiungit: *En lo qual otro ninguno no pueda accusar, sino el padre* &c. id est, *in quo casu nullus alius potest accusare, nisi pater* &c.

Quæ verba a non cogunt esse referenda, vel ad accusat ionem faciendam ab aliis contra testes, & interuenientes alios, de quibus ibi fit mentio: & multò minùs quòd aufertur potestas à iudice, ut ex officio intelligat tales pœnas, suppositâ facti euentiâ, aut iuridicâ probatione. Hæc ille, cum Azebedo lib. 5. Recopil. l. 1. tit. 1. n. 53.

Quæ utique sententia, etiam mihi magis probatur; quia non apparet verosimile, d. legem solum voluisse punire filios aut filias, clandestinè contrahentes, qui habent parentes; cum in prima sui parte, ubi imponit amissionem bonorum, & pœnam exilii, nullam faciat mentionem parentum, sed simpliciter dicat: *Mandamos que el que contraxere Matrimonio, que la Iglesia tu viere por claudesimo, el, o los, que en ello entreuenieren, y los resigos de el tal Matrimonio, incurran en perdimento de todos sus bienes, y sean desheredados de nuestros reinos.*

In quibus verbis nulla fit mentio patris aut matris, vel etiam accusationis. Quamvis manifestum sit, ut ait Sanchez sup. n. 53. n. 1. illas pœnas exigere sententiam declaratoriam; arg. cap. *Cum secundum* de Hæret. in 6. ibi: *Bona hereticorum ... ipso jure de Fratrum nostrorum consensu decernimus confiscata. Confiscationis tamen hujusmodi executio, vel bonorum ipsorum occupatio, fieri non debet per Principes aut alios dominos temporales (juxta Gregorius Papæ prædecessoris nostri declarationem) antequam per Episcopum loci, vel aliam personam Ecclesiasticam, que super hoc habeat potestatem, sententia super eodem crimine fuerit promulgata.*

Si in hoc crimine, gravissimo utique, requiritur sententia declaratoria, multò magis in Matrimonio clandestino, quod longè minus est, eadem sententia necessaria erit, ut Principes vel alii domini temporales, licitè occupent bona confiscata contrahentium & aliorum per d. leg. 49. *Tauri*.

Quòd autem nemo possit accusare de hoc

crimine, præter patrem aut matrem, non video ex d. leg. satis probari; nec apparet mihi aliqua ratio, quare d. lex hoc statuerit, cum illæ duæ pœnæ non dependeant à voluntate parentum, & Matrimonium clandestinum æquale peccatum sit, siue contrahentes habeant parentes, siue non.

Quantùm ad pœnam exheredationis, eum illa pendeat à voluntate parentum, ut patet ex illa particula: *Si quisieren*, id est, *si voluerint*, non mirum, quòd d. lex solis parentibus det potestatem accusandi, id est, juxta Sanchium supra n. 6. denegat cuilibet alii actionem objiciendi causam exheredandi.

Putat hic Auctor ibidem n. 4. patrem conscium causæ sufficientis exheredandi, posse, nullâ præmissâ judicis sententia, exheredare; arg. Authent. Ut cum de appel. cogn. c. 3. circa finem ibi: *Sive igitur omnes memoratas ingratitudinis causas, siue certas ex his, siue unam quamlibet parentes in testamento suo inseruerint, & scripti hæredes, nominatam vel nominatas causas, vel unam ex his veram esse monstraverint, testamentum suam habere firmitatem decernimus.* Ergo non requiritur sententia judicis, ut pater utatur jure suo, explicans in testamento suam exheredandi voluntatem, ejusque causam, quòd est exheredare.

Interim cum exheredatio illa sit pœna, & pœna, juxta tritum axiomâ, non debeat ante sententiam judicis, etiam hæc exheredatio requirit sententiam judicis. Ad quid? Ut suum omninò consequatur effectum. Quàmvis enim pater exheredet, at tenetur ipse vel hæredes causam probare: quòd si in probatione succubuerint, carebit effectu exheredatio: ergo ut illum omnimodò consequatur, est opus sententiâ judicis, declarantis justitiam causæ, & sufficientiam probationis; non autem, ut pater incipiat exheredare ex causa legitima, probanda coram iudice, lite motâ à filio contra exheredationem.

Itaque d. leg. 49. *Tauri*, non requirit, ut prius pater objiciat crimen; deferatque in iudicium, ut exheredet; sed, sicut sup. dixi, denegat cuilibet alii actionem, objiciendi causam exheredandi; idque jure merito, quia exheredationem, relinquit voluntati parentum, ut vidimus; quidquid ergo alii objiciant apud iudicem, si parentes noluerint, filius vel filia hæres erit.

His ita constitutis circa intelligentiam d. legis 49. *Tauri*, potissima difficultas est, an correctâ sit jure Canonico. Et verò non esse correctam, patet manifestissimè ex dictis Sect. 5. Concluf. 4. sequentis tenoris: *Leges civiles, quæ filios vel filias, nubentes contra justam & rationabilem voluntatem parentum, exheredari posse à parentibus volunt, justæ sunt*

104.
Pœna exheredationis pendet ex voluntate parentum. Sanchez.

105.
Requiri sententiam judicis, ut plenum consequatur effectum.

106.
Lex 49. *Tauri*, non est correctâ jure Canonico.

Azebedo.

102.
De sententia magis probatur Azebedo.

103.
Videatur requiritur sententia declaratoria criminis. Sanchez. Cap. 19. de hæreticis.

sunt atque servandæ. Ergo etiam iusta & servanda est lex, quæ filios vel filias nubentes clandestinè, exheredari posse à parentibus volunt. Quæ enim ratio disparitatis?

Probatum ex Sanchio. Imò Sanchez sup. disp. 47. putat, hanc legem esse iustam, & servandam, secus illas. Valde (inquit n. 13.) distat inter Matrimonium, absque consensu parentum inritum & clandestinum; illud enim punibile non est, sed permissum jure Canonico, hoc autem prohibetur, gravibusque pœnis afficitur. Quare leges exheredantes filiam, absque patris consensu nubentem, tanquam juri Canonico adversæ, repelluntur: punientes verò clandestinum, tanquam jus Canonicum imitantes, ipsumque coadjuvantes, admittendæ sunt. Hæc ille.

Ergo à fortiori, si illæ admittendæ sunt, quæ exheredant filiam, absque patris consensu nubentem, ut diffusius contra Sanchium probavimus loco sup. citato, ad quem Lectorem remitto, ne eadem cum tædio sæpius repetamus, etiam illæ, quæ puniunt filiam, clandestinè nubentem contra voluntatem parentum.

107. Dicastillo putat hanc pœnam hodie vix habere locum in Castella. Illud autem (inquit Dicastillo sup. nu. 195.) pro hac & aliis pœnis impositis Matrimonio clandestino, advertendum est, quòd jam vix locum habet in Castella. Nam cum post Tridentinum ibi receptum, nullum sit tale Matrimonium, quod nullum est, nullum producit effectum, & non entis nullæ sunt qualitates. Hæc ille.

Rectè quidem, si Matrimonium, quod contrahitur coram Parocho & testibus, omittis denuntiationibus, non foret clandestinum in ordine ad pœnas incurrendas, ut existimat Dicastillo, & Alii cum ipso. Sed cum opposita sententia, de qua alibi egimus, compluribus placeat, hinc d. lex 49. *Tauri*, adhuc in Castella sæpius potest habere locum; nisi fortè ibi consuetudine sententia Dicastillonis sit ab omnibus recepta, de qua consuetudine mihi non constat. Et hætenus quidem de pœnis contrahentium clandestinè. Sequitur agendum de pœna Parochi vel alterius Sacerdotis, assistentis Matrimonio clandestino, quæ talis est:

CONCLUSIO IV.

Parochus, vel quicumque alius Sacerdos regularis vel secularis qui Matrimonii, non præmittente denuntiatione interfuerit, per triennium suspendendus est ab Officio. Ut etiam Parochus qui, etsi non interfuit, scienter tamen talia Matrimonia prohibuerit.

Hæc Conclusio habetur cap. 1. de clandestinis Sacerdotis, tales conjunctiones præsumptas, aut quilibet ex officio, si quis eis præsumptis interesse, periculum officio suspendatur, gravioris pœna, si qualitas postulerit. Ubi Gloss. verb. Tales inquit, scilicet post allegatum impedimentum.

Ex quo aliquis posset arguere, quod si Parochus, qui ante legitimum impedimentum, non prohibet Matrimonium clandestinum, vel interdictum, non incurrit hanc pœnam, & similiter, qui aliter Matrimonium clandestinum aut interdictum, sanquam opponatur legitimum impedimentum.

Quod etiam videtur colligi ex his verbis ejusdem cap. §. *Cum interdictum*, in fine: *Cum autem apparuerit probabilis conjectura contra copulam contrahendam, contractus interdictus expresse, donec quid fieri debeat super es, manifestis conjuris documentis.*

Ergo quando §. *Sane*, imponit pœnam triennalis suspensionis ab officio Sacerdotis parochialis, qui tales conjunctiones prohibere contempserit, aut iis interesse præsumptis, quidni per tales conjunctiones intelligi debeant conjunctiones, postquam opposuerit probabilis conjectura impedimentum?

Respondeo: quia §. *Si quis eorum* modi clandestina vel interdicta conjugia præsumptis &c. puniuntur pœna interdicta, postquam oppositum fuit legitimum impedimentum, sed etiam Matrimonia clandestinè contracta, scilicet non præmittente denuntiatione, tamen si nullum fuerit oppositum impedimentum.

Hinc Gloss. verb. *Clandestina*: *Solent non præmissa denuntiatione. Et verb. Interdicta*: *Post causam probabilem allegatam, nec finitam.* Ergo per ly, *Tales conjunctiones*, §. *Sane*, non solum intelligendæ sunt conjunctiones post allegatum impedimentum, sed etiam conjunctiones clandestinæ, factæ omni-

B. O. S. C. Sacrum Matrimonium

omifā denuntiatione, tameri nullum eis opponatur impedimentum. Et que communis intellectus DD. a quo non est recedendum.

Id libenter fatebor (inquit Sanchez sup. disp. 48. num. 5.) si proprius Parochus vel alius Sacerdos regularis, aut ſecularis, de eius licentia interfit Matrimonio valido, claudefino tamen ob denuntiationum omiffionem, cum Trident. in hoc nullam ſtatuat pœnam, ſtandum eſſe pœnæ d. cap. fin. & proinde ſuſpendendum eſſe triennio.

Idemque ſtatuitur ibi de Parocho, qui ſciens ea Matrimonia, impedire neglexerit. Sic Majolus lib. 3. de Irregular. c. 25. n. 17. & 18. Enriq. lib. 11. de Matr. c. 5. num. 6. Vega lib. 6. Sum. caſu. 112. Qui addit: Eandem pœnam incurrere Parochum, carentem libro, in quo nomina contrahentium & teſtium deſcribat; vel non interrogantem contrahentes de conſenſu contra præceptum Trident. d. cap. 1.

Sed audiendus non eſt: quia nec ibi, nec d. cap. fin. nec alibi reperitur hæc pœna, cum id Matrimonium nullo claudefinitatis vitio laboret, nec ſit interdictum ab Eccleſia. Hæc Sanchez.

Quamvis ergo, ut DD. communiter ſentiunt, Parochus peccet non habendo talem librum, quia contra præceptum Tridentini d. cap. 1. ibi: *Habeat Parochus librum, in quo conjugum & teſtium nomina, diemque & locum contrahentium Matrimonii deſcribat, quem diligenter apud ſe cuſtodiat*; peccet, inquam, etiam mortaliter, quia in re gravi; nam tendit ad ſinem vitandi lites, & ut Eccleſiæ conſtet de Matrimonio; quippe ex libro illo ſumi debet, quoties opus fuerit, authenticum documentum, quo deſiciente gravia inconuenientia poſſent oriri; quamvis, dico, hæc ita ſe habeant, & ideo Parochus non habens talem librum, poſſet puniri per Ordinarium; non tamen debet puniri pœnâ ſuſpenſionis triennalis, ſeu pœnâ eorum, qui aſſiſtunt Matrimonio claudefino; quia hoc nullo jure cautum eſt.

Incurreret tamen Parochus eam pœnam (proſequitur Sanchez ſup.) ut ſuſpendendus ſit triennio, non tantum quando interfuerit Matrimonio claudefino, vel id impedire neglexerit; ſed etiam idem dicendum eſt de aliis Matrimoniis interdictis jure vel à Judice. Nam c. fin. §. fin. de Claudef. deſponſ. ſic dicitur: *Sane ſi parochialis Sacerdos tales conjunctiones prohibere neglexerit*. Ubi verbum illud: *Tales*, reſert nuptias, de quibus §. præced. egerat ille textus; egerat autem de claudefinis vel interdictis conjugii. Sic Majolus lib. 3. de Irregular. cap. 25. n. 17. & 18.

Unde bene inferit eo n. 17. verb. *Vagan-*

tes; Parochum conjungentem vagos, non ſervato; quod præſcribit Trid. ſeſſ. 24. de Matr. c. 7. incurrere eam pœnam, ut triennio ſuſpendendus ſit, quia intereſt Matrimonio, interdicto per Tridentinum.

Et eo n. 17. verb. *Judicis Interdictum*, bene docet; quoties à Judice emanarit præceptum contra aliquos, ne Matrimonium ineant, vel contra ipſum Parochum, ne auctoritatem interponat, Parochum contravenientem incurrere eandem pœnam; quia intereſt Matrimonio à Judice interdicto. Ita Sanchez.

Equidem bene hæc duo inferit Majolus, ſuppoſita veritate Antecedentis, de qua poſſet aliquis dubitare; eod quod Gloſſ. ibi per conjugia interdicta intelligat; ut ſuprà vidimus, interdicta poſt cauſam probabilem allegatam nec ſinitam; qui intellectus colligitur ex §. primo in fine: *Cum autem apparuerit probabilis conjectura, poſt investigationem impedimenti, contra copulam contrahendam, contrahens interdicatur expreſſe, donec quid fieri debeat ſuper eo, manifeſtis conſiſterit documentis*.

Ergo d. cap. fin. videtur loqui de illis ſolis Matrimoniis, quæ poſt investigationem, per Presbyteros factam, expreſſe interdicuntur, eod quod ſit probabilis conjectura alicujus impedimenti.

Et ſane, ſi nudam literam ſpectemus, meo judicio, ſalvo meliori, ſic eſſet dicendum; quia tamen interdictum generale, ab Eccleſia latum, æqualis virtutis eſt cum interdicto ab homine; & æquale peccatum eſt, contrahere Matrimonium generaliter ſeu ſpecialiter interdictum; hinc eadem pœnâ videtur puniendus Parochus, qui tale Matrimonium contempſit prohibere; aut præſumpſerit ei aſſiſtere.

Sed nunquid hæc pœna correctæ eſt per Tridentinum, quando Parochus vel alius Sacerdos aſſiſtit Matrimonio claudefino invalido, defectu numeri teſtium? Nam Trid. ſeſſ. 24. de Matr. c. 1. fic ait: *In ſuper Parochum vel alium Sacerdotem, qui cum minore teſtium numero, & teſtes, qui ſine Parocho vel Sacerdote hujusmodi contractui interfuerint, pars aſſerit, graviter arbitrio Ordinarii punire præcipit S. Synodus*.

Jam autem verior ſententia habet (inquit Sanchez ſup. n. 4.) quando minor pœna imponitur novâ lege, pro eodem delicto, pro quo imponebatur gravior lege antiquâ, ceſſare pœnam legis antiquæ; ergo cum per Tridentinum impoſita ſit mitior pœna, cum poſſit Ordinarius arbitrari ſuſpenſionem per brevius tempus, ceſſabit ſuſpenſio præciſa triennalis, jure antiquo impoſita.

Præterea; licet ſit gravius delictum hodie Matrimonium claudefinum in ordine

Q9999

ad

113. Ratio dubitandi.

Videtur quod sic puniendus dicitur pœnâ.

114. An sic correctæ per Trid. quando Matr. est invalidum defectu teſtium. Probatur Sacerdote hujusmodi contractui interfuerint. pars aſſerit, graviter arbitrio Ordinarii punire præcipit S. Synodus.

115. Secunda probatio.

ad Deum; at respectu damni Ecclesie & inconvenientium; quæ induxerunt Tridentinum, ut clandestina irritaret, minus grave delictum est hodie Matrimonium clandestinum in validum; ex eo enim inconvenientia non sequuntur, quæ olim dum validum erat, oriebantur; ut perpetuus concubinatus; cogi ab Ecclesia ad Matrimonium publicum invalidum, propter clandestinum validum; Ecclesie ignotum: ergo non tam gravi poenâ ac olim afficiendum est.

Probatur 3. Tandem; est in hoc casu non esset correctâ illa suspensio triennalis per Trid. ad huc non haberet locum; quando Parochus vel alius Sacerdos interest Matrimonio, absque duplici teste celebrato. Quia hodie tale Matrimonium est in validum, quando autem Matrimonium clandestinum est irritum, poenæ olim impositæ clandestino, quod erat validum, non incuruntur; ergo non incurretur dicta suspensio triennalis.

116. Hæ sunt rationes, propter quas Sanchez sup. existimat verius, hodie cessare suspensionem triennem pro casu Concilii Trid. id est, quando invalidè contrahitur defectu Parochi aut testium. Interim non desunt probati Auctores, qui oppositum sentiant; scilicet, ultra poenam arbitrariam, imponendam esse triennem suspensionem. Et probant 1. quia juri antiquo non derogat Tridentinum; immo proficitur se inhærere vestigijs Concilii Lateranensis, ex quo desumptum est d. cap. fin.

Resp. Sanchez. Respondet Sanchez sup. n. 9. derogatum esse, Tridentinumque inhærere vestigijs Concilii Lateranensis, quoad præceptum denuntiationum; præmittendarum Matrimonio, & poenas Parochi, eas omittentis, non verò quando id Matrimonium est nullum.

117. Secunda probatio. Probant 2. quia cap. illud fin. §. fin. ultra suspensionem triennem decernit, Parochum gravius puniendum, si culpæ qualitas postulerit; ergo ultra suspensionem, relinquatur locus poenæ arbitrariæ, gravitate delicti hoc poscente, sed hodie poscit; gravius enim delictum est hodie clam contrahere; cum enim invalidum sit Matrimonium, peccatur in substantia & in modo; olim autem, cum erat validum, solum peccabatur in modo; & proinde utrique poenæ locus erit. Hæc illi. Sed quid sit respondendum, constat ex penultima ratione pro sententia Sanchez.

118. Tertia probatio. Felinus. Probant ultimò: quia cum diversæ poenæ, diversis legibus imponuntur eidem delicto, nec apparet utra earum alteram corrigat, utraque servanda est; Felinus cap. *Quod olim*, de Judæis n. 2. dicens: Quæro, plures poenæ pro eodem delicto imponuntur in diversis legibus vel statutis, utrum omnes de-

beant imponi? In quo nota duas conclusiones. Prima: poena imposita à lege vel statuto posteriori, non censetur aliam tollere, per l. *Quoties*, ff. de Action. & obligat.

Fallit, nisi hoc appareat ex mente statuti vel legis; puta si statutum dicat, quod in casibus per statuta non provisus, servetur in commune; quia videtur sentire, quod in provisus per statutum sufficiat ipsius poenæ. Hæc ille. Respondet Sanchez sup. ea dicitur nã neganda est; contraria enim est veritas.

Sed loquatur Aversa q. 7. sect. 3. §. *deus aliqui*, ubi sic scribit: Rursus Aliquis nati sunt, hanc poenam non habere expressè locum post Concil. Trident. quia hoc Concilium novas alias leges condidit, & alias poenas imposuit; nova autem lex de poena corrigit antiquam.

Sed in hoc distinguendum est, ut Parochus prætermittit solum denuntiationem aut duos testes, prout requiritur in rubrica, aut simul etiam prætermittit testes, & absque illis assistit.

Si adhibet testes, ita ut Matrimonium in hac parte non deficiat in valore, non debet dici debet subijci adhuc post Trident. poenæ suspensionis. Hoc enim Concilium non innovavit quidquam circa hoc, neque correxit aut immutavit legem & poenam, antea constitutam per Concil. Lateranense: quin imò præfatur, se ejus vestigijs inhærere. Neque Tridentinum imponit aliam novam poenam adversus Parochum ob omissionem præcisè denuntiationum: reliquit ergo antiquam in suo robore.

Si autem Parochus omittat etiam adhibere testes; tunc dici potest, non subijci illi poenæ suspensionis, in locis, inquam, ubi viget Concil. Trident. alioquin in aliis locis permanet sanè antiquus status. Ex his addit Sanchez lib. 3. disp. 48. Tenet quia hoc pacto Matrimonium est irritum & nullum, quo casu q. præc. sect. 2. dicebamus, non procedere amplius poenas, quæ antea erant statutæ adversus Matrimonia clandestina. Tum etiam, quia Tridentinum specificè præscribit novam formam poenæ adversus Parochum, ob requisitis testibus assistentem, necesse est pro arbitrio Ordinarii puniatur: hæc ergo forma tunc servanda erit: poterit tamen Ordinarius pro suo arbitrio tam suspensionis poenam, quam aliam convenientem intergere. Hucusque Aversa.

Ego autem quæro: si Tridentinum specificè non præscripisset novam formam poenæ adversus Parochum, abique requisitis testibus assistentem, sed simpliciter illud Matrimonium irritum flet, censetur quòd hodie Parochus, sic assistens, incurret poenam

B. O. S. C.
Sacramentum
paris

triennalis suspensionis? Minimè, inquis, censetur; quia hoc pacto Matrimonium foret invalidum, quo casu, ut jam jam dictum est, non procedunt amplius illæ pœnæ, quæ antea erant statutæ, adversus Matrimonia clandestina. Infero ego; ergo perinde est ad veritatem sententiæ illius, sive pœna imposita à lege vel statuto posteriori, censetur aliam tollere, sive non. Ergo secunda probatio Aversæ nullius est momenti, supposita veritate primæ probationis.

Contra quam sic posset quis argumentari: certum est quòd tempore Concilii Lateranensis pœnæ statutæ d. cap. fin. adversus Matrimonia clandestina, processerint etiã eo casu, quo Matrimonium erat invalidum: sic enim incipit §. 2. *Si quis verò hujusmodi clandestina vel interdicta conjugia inire præsumpserit in gradu prohibito, etiam ignoranter, sive de tali conjunctione suscepta, prorsus illegitima censetur.* Et infra: *Pari modo proles illegitima censetur, si ambo parentes, impedimentum scientes legitimum, præter omne interdictum, etiam in conspectu Ecclesiæ, contrahere præsumpserint.*

Quis nunc non videt, pœnam illegitimationis proles, procedere contra Matrimonium tam clandestinum, quam non clandestinum invalidum? Et putas, quòd Parochus, qui talibus Matrimoniis invalidis assistit, vel de facto adhuc assisteret, putas, inquam, quòd non incurreret pœnam triennalis suspensionis? Audi verba immediatè subsequentiã d. cap. *Sanè si parochialis Sacerdos tales conjunctiones prohibere contempserit &c.*

Imò videtur, quòd Parochus, assistens Matrimonio clandestino vel interdicto, non incurrit illam pœnam, nisi quando contrahitur scienter vel ignoranter in gradu prohibito, vel cum alio impedimento æquivalenti, & per consequens invalidè. Quippe sic contrahentibus in gradu concessio, & per consequens validè, non imponitur certa aliqua pœna, ut patet ex his verbis: *Sed his, qui taliter præsumpserint, etiam in gradu concessio copulari, condigna pœnitentiã injungatur.*

Quidni idem dicendum de Parocho, qui tale Matrimonium contempserit prohibere, aut ei assistit? Non video quid obstat, nisi communis sensus DD. qui pœnam illam triennalis suspensionis intelligunt procedere, etiam in eo casu, quo contrahitur validè.

Imò putant Multi non procedere, quando contrahitur invalidè; quòd ego intelligo, quando contrahitur invalidè defectu Parochi aut testium; quia jure antiquo, quo illa pœna statuta est, defectus Parochi vel testium, non reddebat Matrimonium irri-

tum; adeòque de tali Matrimonio jus antiquum non fuit locutum, sed de Matrimonio clandestino invalido, quia contractum in gradu prohibito, aut certè cum alio impedimento dirimente, scienter vel ignoranter.

Hinc Sotus 4. dist. 28. q. 1. a. 2. ita sibi objicit. Quòd si quis arguat; saltem dum aliqui clandestulum contrahunt, in quibus impedimentum, Matrimonium dirimens intervenit, nullum peccatum incurri, neque sententiam excommunicationis; quoniam cum non sit Matrimonium, non censetur clandestinum. Ecce objectio.

Sequitur responsio. Respondetur, inquit, nihilominus illos peccare, & excommunicationi se subdere. Imò ea de causa, furtiva Matrimonia interdicitur, ne ejusmodi vitiosa Matrimonia attententur. Quocirca in Clement. de Consang. & affin. contrahentes in gradibus prohibitis, sententiæ excommunicationis subjiciuntur. Hæc ille.

Equidem de hac sententiã excommunicationis non potest dubitari, quin afficiat contrahentes invalidè; imò illi soli ei subjiciuntur, ut patet ex verbis textus, quæ hic subscribo: *Eos qui divino timore postposito, in suarum periculum animarum, scienter in gradibus consanguinitatis & affinitatis constitutione Canonica interdictis, aut cum Monialibus matrimonialiter contrahere non verentur &c. ipsos excommunicationis sententiã ipso facto decernimus subjacere.*

Ergo quòd cumque excommunicantur clandestinè contrahentes, excommunicatio ligat eos, qui invalidè contraxerunt; neg. Consequentia; nam ex illo jure solum colligitur, quòd Legillator, si vellet, possit excommunicare propter Matrimonium clandestinum invalidum; quòd autem semper velit, non constat; siquidem causa interdicensi Matrimonia furtiva, non est, ne vitiosa Matrimonia attententur, sed magis, ne attententur Matrimonia valida, ex quibus oritur periculum, postmodum vivendi in perpetuo adulterio, quòd inconveniens nõ sequitur ex Matrimoniis invalidis, ut patet. Quamquam, sicut dixi, etiam invalida, propter eorum enormitatem possint puniri excommunicatione, aut aliã pœnã, & de facto puniantur d. Clement. de Consang. & affin. & d. cap. fin.

Sed nunquid pœna d. Clement. correctã est per pœnam diffidentie dispensationis, de qua sup. egimus, impositam à Tridentino contra contrahentes, sive scienter sive ignoranter in gradibus prohibitis? Videri possit, quòd sic; quia posita mitiori pœnã per jus aut legem posteriorem, cessat pœna gravior prioris legis, & corrigitur per posteriorem.

Probabilius tamen (inquit Dicastillo disp.

124. Objectio ex Soto.

Solutio.

125. Sciens contrahentes in gradibus prohibitis excommunicantur per Clem. de Consang.

126. An d. Clem. sit correctã per Trid.

Negat Dicastillo.

Q9999 2

122. Contra primam argumentum.

Pœna illegitimationis prædit contra Matrimonia.

123. Quia, in triennium de pœna suspensio.

At verò Parochus aut alius Sacerdos, affi- fens Matrimonio claudefino, invalido, defectu numeri testium, præter pœnam arbitriam impositam à Tridentino, non incurrit suspensionem triennalem, impositam per cap. fin. de Claudef. despons. nam hæc pœna solum est ferenda sententiæ, ut patet ex illo verbo: *Suspendatur*, quod est verbum futuri optativi modi, respiciens actum ac iudicis ministerium, ut: *Excommunicetur* &c. at verbum futuri, actum iudicis respiciens, importat sententiam ferendam, ut Omnes docent; nam actum, quem respicit, ipse est sententia iudicis.

132. Hinc fit (inquit Sanchez sup. n. 2.) cum hoc tempus triennii assignetur iure, ministerio hominis imponendum, posse ex causa iusta augeri & minui, per notata cap. *Cum sit Romana* §. de Apell. Et confert id, quod habetur eodem cap. fin. §. fin. ibi: *Gravius puniendus, si delicti qualitas postula- verit*. Hæc ille.

Vide Gloss. in d. cap. *Cum sit Romana*, verb. *Recisus tempus*, quæ sic incipit: *Arg. quod iudex potest abbreviare inducias datas à lege*. Sic ff. de Re iudic. l. 2. & eod. Ablatæ. & sup. eod. tit. prox. Quod ad consultationem. *Arg. contra: quod non possit, 28 dist. De his, & ff. de Re iudic. l. 4. §.* Si quis condemnatus *Sol. inducia, quæ dantur à lege vel Canone servandæ sunt, nisi iusta causa interve- nerit, quare sint abbreviandæ. Et tunc committitur arbitrio iudicis: ut hic & ff. de Verb. oblig. Continuus, §. 2. & magis hoc potest officio iudicis discerni, quam aliqua locutione exprimi, ff. de Solut. Ratum*. Hæc & alia plura ibi Glossa.

Textus autem sic habet: *Fraternitati tuæ duximus respondendum; quod si ante sententiam, vel postea fuerit appellatum, huiusmodi appellantis annu indulgetur, aut ex necessaria vel evidenti causa biennium, nisi forte iudex à quo appellatum fuerit, secundum locorum distantiam, & personarum & negotii qualita- tem, recisus tempus fuerit moderatus*. Si tempus, à lege statutum, iudex potest moderari secundum personarum & negotii qualita- tem, id est, ex iusta aliqua causa illud extendendo vel minuendo; quid ni etiam pœ- nam à iure statutam possit ex iusta causa moderari, eam augendo vel minuendo?

Itaque proprius Parochus vel alius Sa- cerdos, Regularis aut sæcularis, de ejus licentia, qui hodie, ubi obligat Tridentinum, cum debito numero testium præsumeret interesse Matrimonio claudefino, id est, in quo denuntiationes omittuntur, suspen- dendus foret triennio, juxta d. cap. fin.

Quid si non sit proprius Sacerdos, sed alienus? Ipso iure suspensus erit, quamdiu ab Ordinario proprii Parochi non absolvi-

tur, juxta Trid. & patet ex dictis. Quæ pœ- na, cum sit lata sententiæ, indubiè corrigi- illam triennem suspensionem, quæ solum erat ferenda, ut statim ostendimus, si tamen opus sit correctione.

Aliàs (inquit Sanchez sup. n. 6.) dicen- dum foret teneri Episcopum per trien- nium eum Parochum suspendere, nec ab ea suspensione posse absolvere contra di- ctum Tridentini Decretum.

Planè, reponit quispiam, teneretur Epi- scopus per triennium eum suspendere, nec ab ea suspensione posset absolvere; sed un- de probatur, hoc esse contra Decretum Tridentini? Neque enim in eo datur potestas Ordinario absolvendi ab omni sus- pensione; sed solum à suspensione per d. Decretum Trident. inflicta: jam autem fieri potest, ut quis absolvatur ab una sus- pensione, & non ab altera, sicuti potest quis absolvi ab una excommunicatione, & non ab altera. Melius ergo dicitur: hic nullam intercedere correctionem, sermo enim est in diversis casibus; quippè suspensio Tri- dentini intelligitur de Parocho alieno; sus- pensio autem triennis cap. fin. de Claudef. despons. de Parocho proprio.

Maximè tamen advertendum est, quòd tam ab hac, quam ab illa suspensione, excu- set quilibet ignorantia, etiam crassa; dum- modò non sit ita crassa, ut ingens sit teme- ritas. Quia dicit cap. fin. *Contempserit pro- hibere, & Præsumserit eis interesse* Tri- dentinum autem ait: *Ausus fuerit*. At verbum, *Audacia*, dicit temeritatem, ut benè Gloss. l. *Si quis in tantam*, Cod. Undè vi, verb. *Au- daciæ*, explicans: *Id est, temeritatem* Undè audax conjungitur cum præsumente, Au- thent. *Habita*, Cod. Ne filius pro patre, verf. *Hac igitur*, ibi: *Ut nullus de cætero tam audax inveniat, qui aliquam Scholaribus injuriam inferre præsumat*. Temerarius au- tem non est, nec præsumens, ignorantia etiam crassa aliquid faciens; nam verè ig- norans facit.

Præterea; quia *Præsumere*, dolum & teme- ritate importat, ut plures docent apud Sanchez sup. n. 7. non autem est dolum & temeritas, quando est ignorantia crassa.

Et ideò Sanchez ibi tenet hanc senten- tiam. Quamvis (ipso teste) contrarium te- neat Innoc. cap. *Cum medicinalis*, de Sent. excomm. sine, ubi, inquit, expressè dicit, in hoc casu probabilem ignorantiam excu- sare; crassam autem & supinam reddere fa- ciliorem dispensationem. Et videtur tene- re Navar. Sum. latina c. 27. n. 74. Declar. Nayar. ubi ait, in hoc casu excusari laborantem ignorantia non crassa, sed verius est, quod dixi. Hæc ille.

Sed quid, si proprius Parochus per se

bitrium Or- dinarii.

134. Potest quis absolvi ab una suspen- sione, & non ab altera.

135. Quæ igno- rantia ex- cuset ab hac suspensione.

136. Præsumere, dolum im- portat. Sanchez.

Innoc.

Nayar.

137. qui-

Q99993

Tempus tri- ennii in ca- su nostro potest ex causa augeri & minui. Sacer.

Cap. 5. de Appel.

133. Proprius Pa- rochus affi- fens Matr. Monachi sine annu in pen- sione sit- tentionis

Alienus ipso iure suspen- sus est ad ars

Quid si pro- prius Paro- chus det li- centiam al- teri Sacer- dori assen- di hujusmo- di Matr.

Quid si alienus Pa- rochus?

138. An incurrat penam Con- cilii Trid. Vi- detur quod sic per Reg. 72. de Reg. juris in 6.

Canisius. Illi verò (inquit Alex 3. cap. Mulieres, §. fin. de Sent. excomm.) qui non per seipsum, sed eo- rum auctoritate vel mandato alii violenter injiciunt manus in Clericos, ad Sedem Apostoli- cam sunt mittendi: cum is committat vere, cu- jus auctoritate vel mandato delictum committi probatur. Et Ulpianus l. 1. ff. de Vi & vi ar- mata: Dejecisse, ait, etiam is videtur, qui mandavit vel jussit, ut aliquis deiceretur; par- vi enim referre visum est, suis manibus quis de- jiciat, an verò per alium.

Et cap. 6. de Sent. excomm.

Item per l. 1. ff. de Vi & vi armata,

139. Idem Ulpianus l. Non solum, ff. de Inju- riis. Non solum autem is injuriarum tenetur, qui fecit injuriam, hoc est, qui percussit: verum ille quoque continetur, qui dolo fecit, vel qui curavit, ut cui mala pugno percuteretur. Et Gordianus Imperator l. Non ideo, Cod. de Accus. Non ideo minus crimine sive atrocium injuriarum judicio tenetur is, qui in justam ac- cusationem incidit, quia dicit, alium se hujus- modi facti mandato rem habuisse: namque hoc casu præter principalem reum, mandato rem quoque ex sua persona conveniri posse, ignotum non est.

Præterea per cap. 29. de Sent. excomm. & Reg. 169. ff. de Reg. juris.

Accedat Innoc 3. cap. Nuper, de Sentent. excomm. ibi: Cum facientem & consentien- tem, par pœna constringat. Et reg. juris 169. ff. de Reg. juris. Is damnatus dat, qui jubet dare. Item l. 15. ff. Ad l. Cornel. de Siciariis: Nihil interest occidat quis, an causam mortis præbeat. Confirmantur hæc omnia ex cap. Ita quo- rumdam, de Judæis, ubi excommunicantur

140.

quidem non assistit hujusmodi Matrimonio clandestino, det tamen alteri Sacerdoti licentiam assistendi? Liqueat profectò, Parochum incurrare pœnam triennis suspensionis d. cap. fin. de Claud. desp. Constat ex his verbis: Si Parochialis Sacerdos tales conjun- ctiones prohibere contempseris &c. Jam autem, qui dat licentiam assistendi, non prohibet tales conjunctiones, sed permittit & concedit. Quidni ergo incurrat illam pœnam?

Quid si alienus Parochus det illam licen- tiam? Pervium est, eum non incurrare hanc pœnam: tum, quia d. cap. fin. loquitur de proprio Parocho; tum, quia Matrimonium illud, ubi obligat Trident. foret invalidum, defectu assistentiæ proprii Parochi, aut alte- rius Sacerdotis de ejus licentia; jam autem d. cap. fin. loquitur de Matrimonio valido, aut certè non invalido ob defectum Parochi vel testium, ut patet ex dictis.

Sed nunquid incurreret pœnam Concilii Tridentini, utputà suspensionem ipso jure ad arbitrium Ordinarii? Videtur quòd sic; quia si per seipsum assisteret, indubiè eam incurreret; jam autem dicit Reg. juris 72. de Reg. juris in 6. Qui facit per alium, est perinde, ac si faciat per seipsum.

Cujus utique regulæ usus, ut notat Cani- sius ibi, latissimè patet, etiam in delictis: Illi verò (inquit Alex 3. cap. Mulieres, §. fin. de Sent. excomm.) qui non per seipsum, sed eo- rum auctoritate vel mandato alii violenter injiciunt manus in Clericos, ad Sedem Apostoli- cam sunt mittendi: cum is committat vere, cu- jus auctoritate vel mandato delictum committi probatur. Et Ulpianus l. 1. ff. de Vi & vi ar- mata: Dejecisse, ait, etiam is videtur, qui mandavit vel jussit, ut aliquis deiceretur; par- vi enim referre visum est, suis manibus quis de- jiciat, an verò per alium.

Idem Ulpianus l. Non solum, ff. de Inju- riis. Non solum autem is injuriarum tenetur, qui fecit injuriam, hoc est, qui percussit: verum ille quoque continetur, qui dolo fecit, vel qui curavit, ut cui mala pugno percuteretur. Et Gordianus Imperator l. Non ideo, Cod. de Accus. Non ideo minus crimine sive atrocium injuriarum judicio tenetur is, qui in justam ac- cusationem incidit, quia dicit, alium se hujus- modi facti mandato rem habuisse: namque hoc casu præter principalem reum, mandato rem quoque ex sua persona conveniri posse, ignotum non est.

Accedat Innoc 3. cap. Nuper, de Sentent. excomm. ibi: Cum facientem & consentien- tem, par pœna constringat. Et reg. juris 169. ff. de Reg. juris. Is damnatus dat, qui jubet dare. Item l. 15. ff. Ad l. Cornel. de Siciariis: Nihil interest occidat quis, an causam mortis præbeat. Confirmantur hæc omnia ex cap. Ita quo- rumdam, de Judæis, ubi excommunicantur

deferentes prohibita ad Saracenos & tamè cap. Significavit, eod. dicitur, eodem modo incurere non deferentes propriâ personâ sed per nuntios mittentes, ibi: Illi quoque qui post trengam cum commercio Alexandriam adiverint, si detulerint merces prohibitas aut lucrandi, excommunicationis vinculum non evadunt, sicut nec illi, qui in persona propria non euntes, merces eis per nuntios delatant. Ergo similiter in calu proposito, neco- tum incurret suspensionem Parochus, pro- priâ personâ assistens Matrimonio alieni pa- rochiani, abque debita licentiâ; sed tan- tum per alium assistit, concedenti licen- tiam.

Tandem; d. cap. Nuper, communi- catione communito scilicet in crimine, excom- municatus est: sed mandans fieri delictum cui est annexa excommunicatio, participat in crimine, ob quod incurrit communi- cationem admittens illud; et ipse ipse innotabitur excommunicatio argente- liter hic, Parochus, dans licentiam assistendi Matrimonio alieni parochiani, cum partici- paret in crimine, ob quod Sacerdos assistens incurrit suspensionem, ipse eadem legem.

His tamen non obstantibus, dicitur in l. 49. n. 2. quidquid sit de alio penam, non cen- suris multò verius censet, de eadem la- tam in admittentem aliquod delictum, non ligare mandantes, consentientes, vel aliter consensum præstantes; nisi in Canone, ex- pte centuras, exprimat.

Probat: quia excommunicatio de cætere tenet pœnæ, cum sine odio, non debent exten- di de casu ad casum: ad mandata fieri deli- ctum, non dicitur verè illud facere, sed in- terpretari: ergo excommunicatio de cæto- ræ censuræ, in facientem latæ, non com- prehendent mandantem.

Probat Minorem ex cap. Ut fame, de Sent. excomm. ibi: Cum hoc non sit delictum illi, quorum auctoritate id facitur, non deantur. Nam verbum, Videtur, non importat: Gloss. l. Nemo, §. de rebus, re- stit. verb. Pollicetur, ibi: Et nota, quia non ne hujus facti dominii, dicitur qui contra ius factum dominium præscribere. Item cap. de Clericis pugn. in duello, pugil verè homicida dicitur: ibi: Quod tales pugiles homicida veri (aliàs, vere) existunt. Non autem mandans, licet de homicidio teneatur, licet non.

Sed ego in hoc textu nullum verbum invenio, quo significetur, mandantem non esse verè homicidam, imò potius oppositum. Nam post pauca subditur: Homicidium non sem tam factò, quàm præcepto, sive consilio, aut defensione, non est dubium perpetrari. Po- nuntur quidem hic, ut diversa, mandata de- facere, quia revera materialiter diversa sunt.

BIBLIOTHEK PADERBORN

& dicitur facientem esse verè homicidam; non tamen propterea negatur; mandantem esse verè homicidam; quippe non repugnat, ut uterque fit verè homicida, pugil quia fecit, estè ex mandato alterius; mandans autem, quia mandavit. Puras, quia non fit verè homicida, qui defensione perpetravit homicidium? Et tamen hic ponuntur; ut diverfa, facere & defendere; licet ergo ponantur ut diverfa, facere & mandare, non rectè inde inferitur; ergo mandans non est verè homicida.

Hinc magis placet alia probatio ejusdem Minoris, quam ibidem subjungit Sanchez, dicens: Constat etiam, quia mandatum & consilium præcedunt factum; præcedere autem non possent, si verè ipsum factum essent. Et ita mandantem non verè & propriè facere, ait Julius Clarus lib. 5. Receptorum §. fin. q. 89. vers. Sed quæra, esse communem opinionem omnium ferè scribentium.

Ultima probatio Sanchii est: quia quoties Canon vult excommunicare non tantum facientem, sed etiam mandantes, & consulentes, id explicat; ut constat ex cap. Felicis; de Pœnis in 6. ibi: Ut si quis deinceps in hoc sacrilegii genui irrepserit, quod a S. Rom. Ecclesie Cardinalem fuerit hostiliter infectus, vel percussit, aut ceperit, vel socius fuerit facientis, aut fieri mandaverit, vel factum ratum habuerit, aut consilium dederit vel favorem, aut postea receptaverit vel defenserit scienter eundem: sicut reus criminis læsæ majestatis perpetuo sit infamis &c.

Eisdem terminis utitur Clement. 1. eod. tit. Si quis, inquit, suadente diabolo, in hoc sacrilegii genui proruperit, quod is Pontificem injuriose vel temerè percussit aut ceperit seu banniverit, vel hæc mandaverit fieri, aut facta ab aliis rata habuerit, vel socius in his fuerit facientis, aut consilium in his dederit aut favorem, seu scienter defenserit eundem &c. Idemque constat ex multis Bullæ Coenæ excommunicationibus, quas nimis longum esset hic subscribere.

Ad quid autem omnia ista, si mandare aut consulere percussorem, sit verè percutere? Si mandans & consulens, per se loquendo, comprehendantur sub faciente? Si hoc ipso, quod Canon aliquis excommunicat facientem, etiam vult excommunicare mandantem & consulentem? Cum ergo in casu proposito, Tridentinum solum suspendat Parochum, vel alium Sacerdotem, conjugentem, vel benedicentem alienos Parochianos, nec exprimat dantem licentiam, vel mandantem, vel consulentem, hi non incurrent illam.

Quid ergo respondendum ad jura, in oppositum citata? Ad cap. Mulieres, dic cum Sanchio sup. n. 4. textum hunc non dicere,

verè percutere; sed verè committere: & ita intelligitur verè committere in legem, ipsam frangendo; non autem verè percutere, mandantem percussorem.

Sic respondent (inquit hic Auctor) omnes DD. cum Bartolo, quos allegavi n. 2. quamvis Abbas eo cap. Mulieres, n. 12. hanc solutionem impugnet: quia ibi non agitur de peccato, sed de pœna excommunicationis, incurrenda per mandantem, quæ lata est in facientem. Sed dic: verum esse, ibi agi de pœna excommunicationis incurrenda per mandantem percussorem Clerici: non quia mandans verè percutiat, sed quia is textus eam extendit ad mandantem, reddens rationem; quia mandans est verè reus delicti percussoris; licet non verè percutiat. Hæc ille.

Per quæ etiam responsum est ad Ulpianum & Gordianum; videlicet, non aliud velle, quam mandantem esse verè reum ejus delicti, quod mandatarius perpetrat, & per consequens teneri injuriarum, & posse ex sua persona conveniri, quod hæc sententia non negat.

Ad cap. Nuper, respondet Sanchez supra non intelligi omnino de eadem pœna; sed Nuper de aliqua simili pœna arbitraria, quia consentientes verè delinquent.

Sed contra: ut notat Glossa ibi, verb. Facientem & consentientem: Hæc est probatio, quod eadem sententiâ involvatur. Jam autè secundum hunc intellectum, solum esset probatio, quod simili pœna arbitraria involvatur, qui proinde intellectus non congruit textui.

Respondeo: hanc esse probationem seu rationem, quare Pontifex voluerit pœnam facientis extendere ad consentientem; cum enim verè delinquat, tamen eo ipso non involvatur eadem sententiâ; potuit tamen Pontifex velle ob eam rationem, eum eadem sententiâ involvere, & de facto involvit. Unde non dubito, quin Tridentinum, si voluisset, potuisset in casu proposito Parochum, dantem licentiam, involvere eadem pœnâ. Porro ex textu non constat, voluisse eum involvere.

Sed nunquid talis Parochus communicat crimini assilientis, & participat criminoso, ut volebat ultima probatio Adversariorum ac proinde, juxta dictum cap. Nuper, involvitur eadem sententiâ suspensionis? Audiamus Navarrum Sum. cap. 27. n. 51. ubi succinctè, & meo judicio, optimè explicat hanc nostram sententiam.

Dicit ergo; quod ad judicandum, an quis sit excommunicatus, nec ne (eadem est ratio de suspensione) à jure vel ab homine, debent perpendi diligenter verba, quibus jus vel iudex utitur, & personæ contra quas, & opera, ob quæ excommunicat; non enim ultra illa extenditur.

Un-

verbo addu-
ctæ. ad h.

Sanchez.
Bartolus.
Abbas.

145.
Ad 2. 3. &

Resp. ad cap.

146.
Objectio.

Solutio.

147.
An Parochus, dantem licentiam in casu proposito, communicat criminoso.

Lex excommunicans facientem non comprehendit regulariter solum consentientem, sed etiam consentientem, nisi ex eius tenore, vel aliarum legum, id expresse aut tacite colligatur; quod firmiter asseverat Caietanus in Sum. verb. Excommunicatio, notab: 3. & Sylvester sibi contrarius in verb. Excommunicatio, 10. dub. 4. & Joan. Tabienna verb. Excommunicatio, 5. cal. 49. Quod & nos hic in Manuali Hisp. tenuimus, & nunc tenemus.

148. Probatur 1.

Tum; quia, secundum Omnes, excommunicatio non debet extendi de uno casu ad alium, secundum Gloss. receptam in Clement. 1. de Sepulturis, & in Clement. 1. de Conflagrantibus, eo quod poenae sunt restringendae; l. penult. ff. de Poenis. & cap. Poena, de Poenit. dist. 1. & praedicti non sunt proprie & vere facientes; nam mandatum & consilium praecedunt factum, & nihil praecedere potest id, quod vere ipsum est; & frequenter haec praecedunt mense & anno factum, imo & plerumque post vitam dantis ea fiunt; & interdum est impossibile, quod per factum accipientis ea, excommunicentur dantes illa, qui mortui ante, & forte martyres in caelo jam sunt beati.

Secunda probatio.

Tum; quia participans cum excommunicato ante commissum crimen, habens annexam excommunicationem, vel cum committitur, non incurrit eam per resolutionem sup. n. 32. positam, & constat, omnes praedictos communicare in crimine, & crimen commissum.

149. Probatur 3.

Tum; quia cap. Quod in dubiis, de Sent. excom. habet, participantem cum excommunicato, esse excommunicandum, & non excommunicatum, ibi: Illi autem qui nominatim excommunicatis praesumptuose participant, praeter personas, a dicto Canone notatas: nisi ab eorum participatione communiti forte destiterint, excommunicationis vinculo sunt innodandi. Quod Joannes, relatus a Glossa verb. Incurrunt, intellexit, etiam de participatione in crimine, qui licet merito carpatur ibi a Panorm. & communi quoad participantem in crimine commissio; non tamen quoad participantem ante illud commissum, qualiter participant ii, de quibus loquimur. Ita Navar.

Ast, pace ejus, Joan. a Gloss. relatus, potius oppositum intellexit; & ideo immerito carpitur. Haec sunt verba Glossae: Tamen hoc (scilicet, communicantem cum excommunicato, sententiam excommunicationis incurere) intellexit Joan. ubi participant in crimine, in quo casu intellexit sup. cap. prox. alias non essent excommunicati, sed post adnotationem excommunicarentur, ut hic dicitur.

150.

Sed pergamus ad alias probationes Na-

varri. Tum; inquit, quia cap. Felicitas in 6. & alia multa, exprimentur co-solentes, mandantes &c. cum intenduntur includere.

Tum, quia cap. Quicumque, de Sent. excom. in 6. probat, excommunicationem laram contra dantem licentiam maleficienti, non extendi ad utentem illa, nisi expressè id exprimat. Et Clem. 1. de Conflagrantibus, communicans contrahentes, non communicat consulentes, mandantes, nec aliter consentientes; neque lata per Clem. 1. de Sent. in sepelientes excommunicatum, comprehendit consulentes & juvantes, & praesentes funus ad sepulturam, qui funibus non inferuntur eum illic, secunda Glossam ab omnibus ibi receptam, verb. pelire, ubi sic lego:

Hic occurrit dubia, quae Privil. dicitur, plusquam glossantis opinio, scilicet, an portantes ad sepulchrum non sepelium, sint excommunicati, sicut dicitur de concommitantibus funus, Item de Praelatis, Clericis vel ministris, non prohibent vel patiuntur, Item de Clericis vel laicis, qui portant cereas, etiam si ponant.

Et circa hoc advertebam, quod nuncque jura prohibent in cimiterio sepeliri, in lib. de Privil. At haec de Sent. excom. in 6. respons. lib. 6. Quandoque in cimiterio tumulari eod. tit. Sacris. Quandoque sepelitur a tradit. de Usur. Quia in omnibus, de Heret. c. 2. respons. lib. 6. Quandoque ad sepulchrum admitti, de Usur. Quamquam, lib. 6. eod. lib. de Privil. Episcoporum. Quandoque sepelitur Clericos interite, de Rep. Super eo. Quandoque corpora cum Psalmi ad sepulchrum dant. 23. q. 5. Placuit. Quandoque jubens sepeliri carere, de Torne. c. 1. de Penit. & remiss. Quandoque precipiunt extra cimiterium terrari; de Statu monach. Cum adhiberium. Quandoque permittunt cum tumulari, de Penit. & remiss. Quoties.

Cum ergo hic puniat sepelientem, non adtentem, interuentem, vel cooperentem (sepelire autem est mortuum humo vel tumulo componere) videretur solos humo vel tumulo componentes, ligatos esse. Facit pro hoc aequum ex unius funere, multitudine ligetur. Item constat, quod portantes & concommitantes sepelientes, si non sequeretur talis sepelientis, excommunicati non essent.

Haec est Glossa, quam Navar. sup. dicit, ab Omnibus receptam; tu autem adverte, quod hic non fit finis istius Glossae; nam exemplum subditur: In contrarium; esse haec constitutio ludibrio, si unus solus rivalidus vel juvenis, per quem poterit id expediri, ligari dicitur, reliquis usitatis pompose & solemniter ex-

Bibliotheca Sacra

peditis. Ecce argumentum in contrarium, quod Gloss. ibi non solvit.

Sed nunquid hic finis probationum Navarri? Nequaquam. Sequitur enim: Tum, quia Bartolus in l. Si is qui pro emptore, ff. de Usucap. à n. 56. & melius in l. Sed si unius, §. 1. ff. de Injur. communiter receptus, secundum Jalonem in d. l. Si is qui colum. 74. ex professo tenet, cum qui per alium facit, non verè, sed si ètè videri id facere; nisi quando illud aliud est instrumentum motum ab eo, necessariò faciens, quale est baculus vel gladius; inferens ex eo, mandantem non verè, sed si ètè facere id, quod mandatarius facit; præsertim cum mandatarius non obligetur ad id, etiam ad susceptum mandatum, ut contingit in materia delictorum, de qua loquimur.

153. Tum, quia cap. Mulieres, de Sent. excom. non habet id, quod Panormit. & aliquot alii imponunt ei, scilicet quòd mandans percutit Clericum, verè percutit illum, sed quòd verè committit, cui supplendum est, in legem, id est, verè delinquit; quia mandare illud, est verè delictum, ut respondit Bartolus in d. §. 1. quem sequuntur ubi supra Romanus & Jalon, & ita nullà ratione defendi potest, quòd verè & propriè sint idem, mandare ut aliquid fiat, & factum virtute mandati, quamvis frequentissimè si ètè reputentur idem, sicut & hæres & defunctus, pater & filius, Episcopus & Vicarius &c. Nec consequenter Jalon ubi supra. iuste recedit à Bartolo, cui dixit communem ad stipulari. Hæ sunt omnes probationes Navarri.

154. Sequuntur explicationes nonnullorum, quæ dixit in his probationibus. Dixi (inquit ille) Nisi ex ejus tenore expressè &c. ob legem: Si quis id quod, ff. de Jur. & alias, quæ pœnam impositam facienti, expressè extendunt ad mandantem, significando tacitè, alioquin non extendum iri; non quidem quòd mandare sit facere; sed quia Legislatori placuit, utrumque ad pœnam ibi positam exæquare.

Dixi: Vel ex tenore aliarum, ut ex aliis iuribus, & consuetudine Ecclesiæ, cap. Si quis suadente. Clem. de Pœnis, loquens de injiciente manus in Clericum, extenditur ad mandantem, consulentem & juvantem.

Dixi: Tacitè, propter cap. Significavit. 1. 1. de Judæis, quòd habet, mittentem arma Saracenis ita esse excommunicatum ac deferentem, per Canonem latum contra facientem; non quidem, quòd idem sit, deferre per se, & mittere per alium, sed quia lex pœnalis extenditur de uno casu ad alium, quando alioquin esset frustratoria vel quasi, cap. Si civitas, de Sent. excom. quòd habet, interdictum civitatis extendi ad sub-

urbia, ne fiat frustratorium, & Gloss. cap. 1. de Usur. in 6. quæ caput illud; loquens de testamento, extendit ad codicillum, ne sit frustratorium. Hucusque Navarrus.

Atque ex his quisque festinè cognoscet, quid sit respondendum ad alia jura supra pro opposita sententia adducta, videlicet ad Reg. 169. Is damnus dat, qui jubet dare, scilicet interpretativè, juxta doctrinam Bartoli supra. l. Si is qui pro emptore, dicentis, legem æquiparantem factum unius personæ, facto alterius, necessariò fingere; quia nequit secundum naturam, factum unius dici factum alterius.

Ad l. Nihil interest, respondetur: eam intelligi, quando factò ipso aliquis causam mortis præbet, secùs mandato vel consilio. Ita Gloss. ibi in propositione casus: Sive, inquit, occidam aliquem, sive causam mortis præstiteri, ut dando cultellum in manu furiosi, qui se occidat, vel alium, reoveo hæc lege. Et verb. Mortis, sic ait: Ut si gladium furioso dederis, ut se occidat vel alium

Porrò ad d. cap. Significavit, & d. cap. Nuper, responsio patet nimis manifestè ex Navarri, ut proinde non sit necessarium, eam hic repetere. Concludamus itaque & dicamus; Parochum dantem licentiam alteri Sacerdoti, conjungendi Matrimonio, vel benedicendi sponso alterius Parochiæ, sine illorum Parochi licentia, non incurrere suspensionem ipso jure latam à Concil. Trident. sess. 24. de Matr. cap. 1. estò ille, qui assistit, aut benedicat, eam incurrat.

Si autem proprius Parochus det licentiam non Sacerdoti, assistendi Matrimonio, similiter non incurret hanc suspensionem; quia Concilium loquitur dumtaxat de Parocho aut alio Sacerdote, qui sine licentia proprii Parochi conjungit, aut benedicat alienos parochianos: in casu autem supponitur, quòd non sit Sacerdos, qui assistit aut benedicat, & quòd id faciat de licentia proprii Parochi.

Neque etiam incurret suspensionem d. cap. fin. de Claudeftr. despons. quia licentia illa est invalida, & per consequens invalidum Matrimonium, defectu Parochi aut alterius Sacerdotis, de quo Matrimonio non loquitur d. cap. fin. ut alibi ostendimus.

Idem dicerem (inquit Sanchez supra. n. 3.) si non Sacerdos absque licentia proprii Parochi conjungeret aliquos Matrimonio, neutram enim suspensionem incurreret; quia utraque fertur in Parochum, vel alium Sacerdotem, absque licentia proprii assistentem: nomine autem Sacerdotis in materia pœnali, qualis est hæc, non comprehenduntur Diaconus, & Subdiaconus, & cæteri, qui Sacerdotes non sint.

Si tamen is non Sacerdos, Parochus esset, incur-

R r r r

155. Resp. ad Reg. 169.

Resp. ad l. Nihil interest.

156. Conclusio.

Proprius Parochus dans licentiam non Sacerdoti assistendi Matr. non incurrit suspensionem.

157. Quid si non Sacerdos absque licentia proprii Parochi conjungeret? Sanchez.

incurreret, utique suspensionem Trident. conjungens alienos parochianos; quia respectu Parochi non petit qualitatem Sacerdotii: non tamen incurreret suspensionem triennem, propter invaliditatem Matrimonii, ex defectu proprii Parochi, aut alterius Sacerdotis de ejus licentia.

Porro si à me quæritur, an Parochus suspensus per triennium ab officio, juxta præscriptum d. cap. fin. sit pariter suspensus à beneficio, & quis eum possit ab hac suspensione absolvere? Responso erit

CONCLUSIO V.

Parochus suspensus ab officio per triennium, eò quod interfuerit Matrimonio clandestino, non est consequenter suspensus à beneficio. Nequit eum Episcopus absolvere.

Tripliciter potest aliquis suspendi. Primo, ab officio; & hoc est idem, quod suspendi ab exercitio Ordinis & officii clericalis. Secundo, à beneficio; & hoc est idem, quod suspendi tantum à beneficii fructibus; non enim sic suspensus interdictur ab illius administratione in temporalibus & spiritualibus. Tertio, ab officio & beneficio simul. Et siquidem Canon dicat: *Suspensus sit, vel, suspendatur ab officio tantum*, constat suspensum ab officio, non censeri suspensum à beneficio; aliàs, ut clarum est, non verificarentur verba sententiæ seu Canonis.

Tota ergo controversia in eo sita est, quando sententia vel Canon absolutè suspendit aliquem ab officio; an eo ipso censetur suspensus etiam à beneficio, id est, à beneficii jam adepti fructibus. Quam quæstionem (inquit Sanchez sup. disp. 51. n. 1.) satis difficilem reddit varietas opinionum; vix enim reperies disputationem, in qua tam varii sint scribentes.

Referam ego hanc varietatem opinionum, verbis Suarii de Censuris disp. 26. sect. 3. n. 3. Ratio, inquit ille, dubitandi esse potest, quia beneficium non datur nisi propter officium, c. ult. de Rescript. in 6. ibi: *Et officium plerumque (propter quod beneficium Ecclesiasticum datur) omittitur*. Ergo hoc ipso, quod ab officio quis suspenditur, quasi in radice & fundamento consequenter suspenditur à beneficio; quia accessorium sequitur principale, beneficium accessorium est respectu officii; arg. cap. *Si quis objeserit*. l. q. 3.

Et confirmatur; quia excommunicatio privat fructibus beneficiorum, cujus est potissima ratio; quia excommunicatus om-

ni usu Ecclesiastici beneficii privatus est; ergo idem erit de suspensione. Atque sentit Gloss. in cap. *Latores*, de Cler. com. ministr. verb. *Ab officio*. Quia, nisi inquit, *unum propter aliud, ibi est unum tantum*. Ecce prima opinio.

Alii verò Canonistæ (prosequitur Sarrorius) prædictam sententiam limitant, & distinctione uti sunt; de suspensione à beneficio vel ab homine. Et quidam dixerunt, suspensionem ab homine, quæ est ab officio, esse etiam à beneficio; non verò quæ est à jure, ut refert Gloss. in Clement. *pietens*, de Pænis, verb. *Suspensi*, & Gloss. cap. 1. de Re judic. in 6. verb. *Officio* quod penam infert, beneficium inter pretandum est, quam hominis sententia. Atque hæc est secunda opinio.

Alii è contrario dixerunt, suspensionem ab officio si sit juris, includi suspensionem à beneficio; non verò si sit hominis. Ita refert ex Joan. Andree in cap. *Præter*, dist. 23. verb. *Ab Episcopo* in toto illius textus. Ecce tertia opinio.

Quarta erit: cum aliquis suspenditur à beneficio, cum additione excluditur, *scilicet, tantum*, vel *solum ab officio*; tunc non suspenditur à beneficio, ut sup. dicitur, quando verò sine additione talis particule, comprehendit etiam beneficium. Et ratio esse potest; quia particula excludit aliquid operatur: ergo cum additur, aliquid excludit, quod sine illa non excluderetur; quod nihil aliud esse videtur, quam suspensio à beneficio.

Sequitur quinta opinio. Si quis suspenditur ab officio propter intantiam, vel contumaciam, non suspenditur à beneficio, propter crimen, vel crimen est leve, & non suspenditur à beneficio, vel est grave, sed utroque suspenditur.

Plures opiniones reperies apud Sarrorius sup. disp. 51. quas nimis longum est referre. Hæc sufficient nobis esse referentis, quæ ex illis sit tenenda? Ad hoc sup. n. 4. dicendum censo, quando beneficium ab officio præcisè fertur, sive à jure vel ab homine; per se non includere suspensionem à beneficio; & consequenter non cessare sic suspensum fructibus beneficii, exceptis distributionibus, quæ non cessant nisi his, qui per se assistunt seu ministrant in divinis officiis. Hæc est (ut copulatur) communis & certa sententia, ut dicitur ex Navar. Sum. cap. 27. n. 163. Alibi & aliis in Clement. *Cipientes*, de Pænis, & in cap. *Apostolis*, de Except.

Huic etiam sententiæ adheret Sanchez sup. n. 12. eamque variè probat. Primo quia in jure interdum exprimitur suspensio ab officio & beneficio, cap. *Tam laicus*, 23. de

BIBLIOTHECA
SACRAMENTORUM
MATRIMONII

158.
Tripliciter potest aliquis suspendi.

An suspensus ab officio hoc ipse sit etiam suspensus à beneficio.

Sanchez.

159.
Prima opinio affirmat, Suarez.

Testibus & attest. in fine ibi: *Ab officio & beneficio denuntiatis esse suspensos.* Et cap. I. de Secundis Nupt. ibi: *Ab officio beneficioque suspensum.* Et cap. *Tuarum*, II. de Priuil. ibi: *Ab officio beneficioque suspendas.* Sed verba in Decretis non debent esse superflua, sed aliquid operari debent, cap. *Si Papa*, 10. de Priuil. in 6. ibi: *Cum verba aliquid operari debeant.* Et l. 3. ff. de Jurejur. in principio ibi: *Nec frustra adjicitur.* Ergo dum non exprimitur, ut suspensio sit ab officio & beneficio, suspensio ab officio, non censetur à beneficio suspensio.

rium ministrantem destinare possit, soluta sibi mercede ex aliqua reddituum beneficii parte.

Tandem probat; quia ad summum rationes oppositæ probant, suspensum ab officio carere debere emolumento, quod solum ob personale ministerium percipi potest, quando talis suspensio non exhibet illud ministerium, ut sunt distributiones quotidianæ, quas soli, qui interfunt horis, lucrantur: non tamen probant, si suspensio ab officio ministerium illud præstet, ut si horis interfuit, quamvis peccet, non lucraturum eos fructus & distributiones: satis enim probabile est. Canonicum excommunicatum & suspensum, si interfuit horis lucrari distributiones, non obstante peccato, quod contrahit.

166. *Vltima probatio.*

Et ratio est; quia quamvis peccarit in tali administratione & seruitio, ob quod in foro externo possit fructibus privari, gravioreque pena plecti: at certum est, illud ministerium fuisse tam utile Ecclesiæ, ac si adhiberetur à ministro non suspensio: ergo ministerium stipendium percipere debet, possessor enim malæ fidei mercedem laboris in utilitatem rei impensæ percipit.

Ergo tantum probantur illegitimationes, suspensum ab officio, si non ministret, amissurum emolumentum, præcisè debitum in ministerio, ut amitteret, licet suspensio non esset, si non ministraret; si autem ministret, nihil perditurum; non ergo suspensio ab officio, est suspensio à beneficio. Ita Sanchez pro sua, & nostra sententia.

Neque distinctiones aliarum opinionum (inquit Suarez sup. n. 5.) probabiliter præ se ferunt. Quid enim ad præsens negotium refert, quod suspensio lata sit à jure, vel ab homine, si eisdem verbis ab utroque lata est, & verba ab utroque prolata eandem significationem habent: & utriusque scilicet & Legislatoris & Judicis voluntas, & efficacia verbis accommodanda, commensuranda ac restringenda est? Nam in utroque verum habet axioma juris, quod poenæ restringendæ sunt: nulla ergo est ratio differentie inter suspensionem ab homine, & à jure.

167. *Impugnatur distinctio aliarum opinionum, ex Suarez. Prima.*

Nec quidquam etiam interest, quod addatur particula exclusiva, vel omitatur: nam in primis nulla afferuntur jura, in quibus hoc discrimen notari possit, ut ex eis vel regula, vel saltem iudicium probabile sumatur, unam formam verborum plus operari quam aliam. Et in sententiis ab homine voluntarium est, vel unus cautior est in loquendo, quam alius, idèdque expressius, omnemque dubitationem excludendo, mentem suam declarat: Ut si unus in testamento dicat: *Lego centum Petro*: alius verò dicat: *Lego tantum centum*, vel, *Lego centum*, & non

163. *Secunda probatio.*

164. *Quarta probatio.*

165. *Quinta probatio.*

166. *Confirmatur I.*

167. *Secunda.*

& non amplius, idem est legatum, quam vis unus addiderit expressam exclusionem, quam non addidit alius: quoad effectum non refert, quia ut legatum non sit majus, perinde est majorem quantitatem tacere, quam negare. Et hæc ratio habet locum in præsentia, quia sententia non potest plus operari, quam verbis exprimitur.

168. *Præcluditur evasio.* Nec satisfacit, quod Quidam asserunt; hoc pendere ex intentione Judicis, ut si ipse intendat suspensionem ab officio & beneficio imponere, quam vis in sententia tantum exprimat suspensionem ab officio, dummodò aliud non excludat, utrumque operari. Nam in rigore id falsum esse existimo, nisi in antecedentibus & consequentibus verbis aliqua addantur æquivalentia, quibus talis intentio sufficienter exprimitur. Quia intentio non operatur sine verbis in censuris ferendis. Immo hoc commune est his sententiis cum aliis, vel cum contractibus, sub verbis includendo quælibet signa sufficientia.

169. *Rejicitur 3: distinctio.* Quapropter multò minùs ad rem confert, quòd suspensio sit lata propter crimen tantum, vel propter aliam causam, aut propter crimen grave vel leve: quia suspensio efficitur juxta formam, per quam fit: nam in hac est vis effectiva illius: causa verò vel culpa, est veluti materia seu ratio impulsiva. Sicut in criminali sententia v. g. non fat est, quòd delictum sit dignum morte, si Judex solum exprimat in sententia mutilationem membri; quia licet poena imponenda sit juxta qualitatem culpæ, tamen de facto non imponitur, nisi juxta voluntatem Judicis, quæ interdum non est adæquata delicto; quod ex verbis sententiæ semper judicandum est.

Ad quid consideranda gravis delicti. Gravis ergo delicti consideranda est, ad cognoscendum, an sententia fuerit justa, remissa vel excedens; non tamen ad cognoscendum an hæc vel illa poena fuerit imposita: hoc enim verba ipsa significare debent, nisi fortè interdum sint aliqua ambigua, ut ex comparatione ad culpam, conjectandus sit eorum sensus, quod in præsentia locum non habet, cum verba ipsa satis perspicua sint.

170. *Suspensio non excedit vim verborum sententiæ propter delicti gravitatem.* Confirmatur; nam si Judex proferat sententiam sub hac forma: *Suspendo te ab officio & beneficio*, licet consideratà gravitate criminis, sententia videatur nimis rigorosa, dummodò intolerabilem non contineat errorem, utrumque operatur, neque potest rationabiliter ad unum limitari potius, quam ad aliud, donec à Superiore rescindatur, vel ex parte tollatur. At verò si Judex proferat sub hac forma: *Suspendo te ab officio vel beneficio*, licet crimen mereatur utramque suspensionem, ibi non imponitur; quia Judex non declaravit se id velle.

Imò licet crimen tale sit, ut juxta prædictum arbitrium definitè mereatur poena suspensionem à beneficio, quam ad officium, aut è contrario: nihilominus ex vi illorum verborum neutra determinatè imponitur, quia Judex hoc non declaravit; propter quod aiunt DD. sententiam ab officio & beneficio prolatam, nullam esse ob interdictionem. Et nos diximus sup. si illa verba vel æquivalentia habeantur in præsentia esse in ordine ad sententiam, ab hominibus & determinandam: ergo suspensio nunquam excedit vim verborum sententiæ propter delicti gravitatem.

Nec denique in hoc admittenda est distinctio inter suspensionem propter immaciam vel delictum: neutra enim à beneficio præcisè feratur, suspensio à beneficio seu fructibus beneficii: nam cum quædam duximus de utraque æque præsumimus: quod quoad hoc aliquod est quod de una potius, quam de alia Vaguetur Suarez.

Sed quorsum hæc omnia? Utrum partis Conclusionis nostræ manifestè appareat, ut, inquam, luce meridiana clarius fiat, Parochum, suspensionem per triennium ab officio, juxta cap. fin. de Clau. del. pend. haud equidem esse suspensionem à beneficio, quia textus d. cap. solum exprimit suspensionem esse ab officio.

Admitterem tamen (inquit Sanchez sup. p. n. 14.) posse Judicem suspendere Parochum simul à beneficio, quando culpæ gravitas hoc postulare, per d. cap. fin. ibi: *Gravibus puniendus, si culpæ gravitas postulare veris.* Quis autem dubitet gravibus puniendum, qui affligit Matrimonio clandestinum & simul interdico, propter prohibita conjecturam impedimenti, quam quodlibet affligit Matrimonio clandestino, ut aliunde interdico? Quidam generaliter tenent, qui affligit Matrimonium clandestinum in gradu prohibito, quod in quibusdam concessio?

Sed quid, si Parochus triennio suspendatur intra triennium iterum affligit, suspendaturque iterum triennio? Nunquid hoc posterius triennium confunderetur cum prioribus vel incipiet finito priori triennio?

Respondet Aversa q. 7. sect. 3. Quod si suspensio, sibi infligita manet, iterum committat simile crimen, afflittens alteri Matrimonio, non præmissis denuntiacionibus tunc rursus in infligenda altera interdicti suspensione, poterit quidem judex declarare, ut hæc altera incipiat post elapsum tertium primum triennium, & duret altero tertio triennio, aut etiam diutius, si sic videbitur: sed nisi judex id per se imponat acce-

B O N A
Sacramentum
Matrimonii

claret, pariter secunda suspensio incipiet à die alterius sententiæ, ubi pro aliquo tempore communicabunt prima & secunda suspensio. Possunt enim plures censuræ simul eundem hominem afficere. Et in petenda absolutione, ut omnes tollantur, debent omnes exprimi, alioqui potest tolli una sine alia. Hæc ille. Securus Sanchium sup. disp. 50. n. 3. ubi hanc sententiam præ cæteris eligit.

173. Et probat 1. quia expressio triennii vel alicujus temporis, intelligitur tacite de proximo sequenti, l. *Eum qui kalendis*, q. 1. ff. de Verb. oblig. in princ. ibi: *Sabinus ait proximas kalendas Januarii expectandas*. cap. *Non potest*, 2. 1. §. 1. de Præb. in 6. ibi: *Intelligitur de duobus primis beneficiis*. Et cap. *Cupientes*, 16. de Elect. in 6. ibi: *Per triennium continuum ex tunc inchoandum*. Ergo secunda suspensio triennii, intelligitur de proximo triennio, & ita confunditur temporaria.

Probat 2. quia *In penis benignior interpretatio est facienda*, Reg. 49. de Reg. juris in 6. sed benignior est, si interpretetur consensum ac confusionem temporum fieri, duriorque & rigidior, si aliter interpretetur; ergo prior interpretatio eligenda est. Sic docet Gloss. Clem. 2. de Magistris verb. *Sequentes*, dicens: *Immediatè: Si autem pendente primo semestri iterum violet hanc constitutionem, an statim curras secundam semestrem; an tunc cum finitum fuerit primum dubitatur; & communiter tenetur, quod non sit duplicatio totius; sed statim post secundam transgressionem inchoas secundam semestrem*. Ergo similiter in casu nostro non est duplicatio totius, sed statim post latam sententiam inchoat secundum triennium.

174. Si objicias: duplex delictum exigit duplicem poenam, & crescente contumaciâ debet punitio augeri; atqui hic est duplex delictum, & crescit contumaciâ; ergo hic duæ poenæ contrahi debent, & punitio debet augeri; quod non fieret, si duo illa tempora confunderentur.

Respondet: id fieri, tamen si illa tempora confundantur: nam secunda suspensio est verè poenâ, ita ut, sublata primâ suspensio per absolutionem, posterior remaneat. Proinde aliquid operatur secunda suspensio, nam ille est dupliciter ligatus, & utriusque vinculi solutione indiget; & sic falsum apparet, quod aliâ poenâ præberet immunitatem; & primum interdictum operaretur effectus contrarios, scilicet suspensionem & exemptionem à posteriori suspensione; quia reverà posterior suspensio manet pro suo triennio, uti & prima; adeoque neutri quidquam subtrahitur; sed suo triennio quælibet ligabit, licet per accidens contingat, ea duo tempora confundi: enim verò sic suspen-

sus, illo eodem tempore dupliciter ligatus erit.

Sed quis, putas, poterit suspensum unâ, vel duplici hæc suspensio, absolvere? An fortè Episcopus? Ita Aliqui autumant; & probant ex cap. *Nuper*, de Sent. excom. ibi: *In secundo vero casu à suo Episcopo, vel à proprio Sacerdote poterit absolutionis beneficium obtinere: quamvis enim & tunc non iudicis, sed de sent. ex-juris sententiâ excommunicato communicans sit com-ligatus: quia tamen conditor Canonis ejus absolutionem sibi specialiter non retinuit, eo ipso concessisse videtur facultatem aliis relaxandi*. Ubi quàmvis textus loquatur de excommunicatione: at eadem ratio est de suspensione non reservata, & sic idem jus debet esse.

Probant 2. quia ejus est absolvere, cujus est ligare; sed hæc suspensio triennalis non incurritur ipso jure, sed ministerio Episcopi imponenda est: ergo Episcopus eam imponens poterit ab ea absolvere. Pro hac sententia Sanchez sup. disp. 52. n. 1. citat Hostientem, Joan. Andr. Præpositum & Barthol. à Ledesma. Et addit, tres priores idem dicere de proprio Párocho.

Tenendum tamen est, inquit ille, non posse Episcopum ab ea suspensioe absolvere. Primò; quia licet teneamus communem opinionem, ut suspensus à jure, non reservante absolutionem, possit ab Episcopo absolvi; id habebit verum, ubi quis à jure suspenditur indefinitè, nullo scilicet designato termino; sed ubi terminus suspensionis adjicitur, ut contingit hic; cum enim jure sit definitum tempus, Episcopus, qui inferior est, non poterit eam suspensionem relaxare.

Et confirmatur: quia illa constitutio d. cap. fin. est edita in Concil. generali Lateranensi: at Episcopus nequit in Conciliari constitutione dispensare, ut communiter annotant DD. c. *At si Clerici*, §. fin. de Judiciis. Ergo &c. Et fortius hæc sententia locum haberet, tenendo quameúmque suspensionem, ob delictum impostam, non posse per Episcopum tolli, ut tenet Gloss. cap. *Cupientes*, 16. §. *Cæterum*, de Elect. in 6. verb. *Suspensus*. Ubi loquens de suspensione triennali late sententiæ, sic ait:

Et si quaeratur, an Episcopus taliter suspensos possit absolvere? Dicendum est secundum *Guil. & Gar. quid non; arg. decret. sup. eod. cap. 1. ibi: Nullam &c. & sup. de Test. Tam litteris, ibi: Donec nostram mereantur &c. facti enim qualis in arbitrio est iudicantis; poenâ verò persecutio &c. 2. q. 3. Si quem, §. Notandum, ff. de Abol. l. 1. §. 2. Jam autem si diceretur contrarium, illuderetur hujus Canonis poenâ, & similitum, quod inconveniens esset. Non obsistat Decret. Nuper, sup. de Sent. excom. quia loquitur de excommunicatione secundum *Gar. ubi majus vertitur periculum, & ideo**

175. Episcopum posse absolvere ab hac suspensioe.

ex cap. 29. de Sent. ex-juris sententiâ excommunicato communicans sit com-ligatus.

Secunda probatio ex ratione.

Hostientis, Andr. Præpositus.

176. Oppositam sententiam tenet Sanchez & probat.

Confirmatur.

177. Episcopus non potest tollere suspensionem ob delictum impostam.



ideo facilius remouetur; quia nullus usque ad certum tempus excommunicatur, sed donec satisfiat, vel caveat, de Verb. sign. Ex parte in Christo. Unde vere loquendo, ibi poena non remouetur: sed quod jus statuit adimpletur. Ita Gloss.

78. Quare potius possit absolueri ab excommunicatione, ex Sanchez.

Igitur secundum hanc Glossam, definitio d. cap. Nuper, non debet extendi ad suspensionem non reservatam: est enim (inquit Sanchez sup.) longe dispar ratio. Quia absolutio excommunicationis, debet necessario praemitti abolutioni peccatorum, & ideo ut saluti animarum consuleretur, opus fuit facile concedere abolutionem excommunicationis, unde dum non reservatur, concedi censetur Episcopo & Parocho: quae ratio in suspensione non militat.

179. Resp. ad 1. probationem prioris sententiae.

Quare hanc sententiam, ut non possit Episcopus absolueri a suspensione, cui certus terminus adicitur, docet Gloss. Clement. 1. de Haeret. §. Verum, verb. Excommunicationis, ubi sic ait: De suspensione nil dicit, quare videtur, quod ab illa Superior possit absolueri: Dic contra: Et ratio illius omissionis fuit, quia tempus habes determinatum, & ubi sic determinatum est, videtur, quod non possit Superior absolueri.

Atque ex his patet responsio ad primam probationem oppositae sententiae, desumptam ex d. cap. Nuper; scilicet, illam aequiparationem ad summum posse habere locum, ubi sine temporis praefinitione ponitur; estque censura proprie dicta, auferenda per propriam abolutionem eodem modo, quo tollitur excommunicatio; secus vero quando imponitur pro certo tempore, in poenam delicti praeteriti; quae non est censura, nec potest per abolutionem, sed per dispensationem tolli, ideoque natura sua est reservata, nisi expresse concedatur.

180. Differentia inter abolutionem & dispensationem ex Suarez.

Enimvero (ut notat Suarez de Censur. disp. 29. sect. 1. n. 17. ubi tenet nostram sententiam) inter abolutionem & dispensationem, magna est differentia; quod scilicet absolvens, ut sic non dat aliquid contra jus, sed potius exequitur jus, per se loquendo, ut ait d. Gloss. cap. Cupientes: dispensans vero ex parte diminuit jus, & ideo solet dici dispensatio, vulneratio juris; absolutio autem potius est juris executio. Et ideo non valet argumentum ab abolutione ad dispensationem, ut quia in abolutione intelligitur concessum, quod non reservatur, idem de dispensatione censendum sit.

Jam autem Conclusio nostra loquitur de suspensione trienniali, quae non est propria censura; sed mera poena, imposta seu imponenda pro delicto commisso; & non cessat nisi tempore triennii elapso, aut certe tollitur per dispensationem ante illud tempus; non autem per abolutionem. Et ideo

d. cap. Nuper, non potest ad eam extendi. Nec obstat, quod ejusdem sit solvere, & de Reg. juris: Omnis res per quasdam causas nascitur, per easdem dissolvitur. Quia pe id solium verum est, quando quis per propriam auctoritate, secus si aliena: ut Episcopus non imponit suspensionem nisi propria auctoritate, sed auctoritate Concilii Generalis, sibi praecipiens, ut imponatur committentis dispensationem. Unde dicitur hic obligatio non tam per Episcopum quam per Concilium Generale; & tunc est Episcopi dissolvere illam obligationem, sed solius Pontificis.

Restat una obiectio seu difficultas in materia, utputa; secundum Sanchez disp. 48. n. 2. hoc tempus triennii, potest ab initio ex causa iusta minui per Episcopum; ergo etiam suspensio poenae potest imponi, poterit per Episcopum ex causa relaxari.

Propter hoc argumentum, dicitur §. Potest quoque, quia tenet, suspensionem imponi non posse relaxari; unde dicitur, ut sibi videatur, docet, ab initio tempus triennii non posse per Episcopum diminui, tamen si possit augeri. Concedatur aliquando (inquit ille) & sequitur Sanchez disp. 48. n. 2. posse Judicem ab initio minui, non ad breuius tempus coartare poenam illam suspensionis, imponi a Canone.

Hoc tamen non videtur admittendum. Sicut enim dicebamus, non posse potestatem suspensionem ab eo Judice per abolutionem relaxari, & sic contrari: una nec videtur potuisse ab initio coartari. Et alioqui taxatio poenae aut temporis, fuit simpliciter relicta arbitrio Judicis. At ejus arbitrio remittitur quidem aggravare, non autem imminuere poenam; sed ad hoc Pontifex voluit, ut iudicatur ea suspensio triennialis, & quando adiuuat aliam instantiae aggravantes, augeatur poena. Et ille.

Et quidem poenam illam in principio augeri posse, satis constat ex verbis supra. Gravius puniendus, si culpa gravata peccaverit: de diminutione autem nullum verbum. Cur ergo Episcopus potest ab initio diminui ex iusta causa, quam postea in ea dispensare?

Respondeo: quia postea est sententia lata, non tam ab Episcopo, quam Concilio Generali, quod Episcopo utitur tantum medio instrumento in impositione poenae. Sicut ergo Episcopus nihil potest circa poenam imponendam, si foret lata, sententiae, sic etiam nihil potest circa eam minuendam, postquam jam ab inferiori Judice fuit imposta; quia jam tunc habet

BIBLIOTHECA SACRATA PATRIARCAE

tionem pœnæ late, & non amplius ferendæ.

Sed nunquid potest Episcopus dispensare in hac suspensione virtute Decreti Tridentini less. 24. c. 6. *Licet Episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto procedentibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum, dispensare.*

Respondeo: neque vi hujus decreti posse dispensare; quia (inquit Sanchez sup. n. 3.) ea suspensio non incurritur ipso jure, sed per sententiam judicis, cognitione præmissâ de delicto; atque ita id delictum, jam ad forum contentiosum deductum est, in quo casu nulla conceditur facultas Episcopo, ut patet ex verbis mox recitatis.

A suspensione tamen, ipso jure imposta in Trident. less. 24. de Matr. c. 1. Parocho vel alio Sacerdoti, conjungenti aut benedicti alienos parochianos absque proprii Parochi licentia, non solum Episcopus, sed etiam Vicarius generalis poterit absolvere, ut constat ex illis verbis eod. cap. 1. *Ipsa jure tamdiu suspensus maneat, quamdiu ab Ordinario ejus Parochi, qui Matrimonio interesse debebat seu à quo benedictio suscipienda erat, absolvetur.* Nomine autem Ordinarii comprehenditur Vicarius Generalis Episcopi, & quicumque alius habens jurisdictionem, ordinariam, ut patet ex alibi dictis. Non tamen hic Ordinarius absoluturus, debet esse ordinarius iudex suspensi absolventi, sicut in aliis absolutionibus & dispensationibus contingit: sed debet esse Ordinarius illius Parochi, cujus erat illud Matrimonium celebrare, aut benedicere, ut expressè dicitur in verbis præallegatis.

Rogat aliquis: de qua suspensione intelligi debeat Trident. an de suspensione ab omni officio & beneficio, prout verbum illud simpliciter prolatum indicare videtur; an verò de suspensione à solo officio, aut certè à solo beneficio?

Responder Suarez de Censuris disp. 31. sect. 3. n. 18. non esse verisimile talem Parochum suspendi ab omni officio & beneficio: tum, quia peccatum illud non videtur dignum tantâ pœnâ: tum etiam, quia illa pœna indifferenter fertur in Parochos & Sacerdotes simplices, tam Regulares, quam sæculares: Et ita videtur suspensio solum esse de re communi omnibus illis.

Censeo igitur illam esse suspensionem ab officio Sacerdotali, vel ad summum à munere Sacerdotali: quia juxta communem intelligentiam Canonum, ex materia subjecta determinatur pœna, ut in eo quis puniatur, in quo deliquit. Item; quia cum Sacerdos, propter abusum Sacerdotalis muneris suspenditur, rectè intelligitur suspensio formaliter quatenus Sacerdos est, atque adeò à Sacerdotali munere. Hæc ille.

Si rursum à me quaeritur; an pœnæ Matrimonii clandestini, de quibus hæctenus egimus, incurrantur ante Judicis sententiam: & an solius Judicis Ecclesiastici sit, has pœnas inferre laicis, clam contrahentibus? Accipe resolutionem nostram:

CONCLUSIO VI.

Potest Pater exhæredare clam contrahentem Matrimonium, nullâ præmissâ Judicis sententiâ. Pœna illegitimitatis fortè requirit sententiam Judicis. Etiam Judex sæcularis potest infligere pœnas laicis, clam contrahentibus.

Non loquor hic de inhabilitate ad contrahendum Matrimonium sine Parocho & testibus; quia certum est, eam nullam desiderare sententiam, quia non est propriè pœna; sed defectu solemnitate inducitur ante commissum delictum, cum tamen omnis pœna propriè dicta supponat delictum commissum, propter quod infertur. Est ergo illa inhabilitas effectus legis inhabilitantis, & idè non aliud requirit, quam ipsam legem inhabilitantem.

Taceo etiam pœnam amissionis omnium bonorum, quam ipso facto incurritur clam contrahentes & testes, juxta l. Tauri, 49. de qua supra egimus; quia apud omnes in confesso est, requirere sententiam declaratoriam criminis. Vide dicta Concluf. 3.

Porro de aliis duabus pœnis, expressis in Conclusionè, potest esse aliqua difficultas. Atque in primis, pœna exhæredationis videtur exigere judicis sententiam. Primò, quia lex 49. Tauri, ubi eam pœnam statuit, addit, accusationem ejus criminis solis parentibus deferri: at ubi est accusatio, debet esse judicium, judicisq; sententia; ergo & c.

Confirmatur; quia eundem esse accusatorem, & judicem, adverstatur juri naturæ: si ergo parentes sunt accusatores ejus delicti, ut filius vel filia exhæredetur, non possunt esse judices, eam exhæredationem exequentes; sed debet adesse alterius judicis sententia.

Secundò; quia ea est pœna, & sanè gravissima; ergo exigit judicis sententiam, juxta tritum axioma, pœna non debetur ante judicis sententiam; quod cum D. Thom. 2. 2. q. 62. a. 3. ad. 3. amplectuntur omnes Theologi, & cum Gloss. cap. Fraternitas, verb. Cum augmento, 12. q. 2. utriusque Juris Professores.

Tandem; quia pater exhæredans filium, vel

188. Inhabilitas ad contrahendum sine Parocho non est propriè pœna.

Pœna amissionis bonorum requirit sententiâ declaratoriâ criminis.

189. Pœnam exhæredationis requirere sententiam probatur l.

Confirmatur.

190. Secunda probatio.

Probatur 3. vel

184. A suspensio...
185. A suspensio...
186. De qua suspensio...
187. Censura...

vel filiam, tenetur causam exheredationis probare, ut habetur expressè Authent. *Non licet*, Cod. de Liber. præter. *Non licet parenti aliquem ex liberis exheredare vel præterire, nisi is probetur ingratus, & ingravitudinis causas nominatim inserat testamento.* Ubi Gloss. verb. *Probetur*, inquit: *Ab hæredibus.* Ergo debet esse iudex, coram quo probetur, & consequenter ejus sententia desideratur.

191.

Sed hæc omnia non infirmant nostram Conclusionem; sed tantum probant, ut exheredatio suam omnino consequatur effectum, necessariam esse iudicis sententiam, quod libenter concedimus. Interim exheredatio quantum est ex parte patris, potest fieri, ut clarum est, ante omnem sententiam iudicis, quod & non aliud docet nostra Conclusio. Vide dicta Conclus. 3. n. 1. Quibus non habeo, quod hæc addam, nisi filium vel filiam clam contrahentem, non teneri ab hereditate parentum abstinere, antequam hereditate privetur; quia est poena dependens à voluntate parentum, ut patet ex verbis d. leg. 49. *Tauri*, loco citato diffusius expensis. Igitur nullus tenetur eam sibi ipsi inferre.

Exheredatio quantum est ex parte patris potest fieri ante omnem sententiam.

Pœna illegitimitatis an requiratur sententiam.

Quantum ad poenam illegitimitatis, & hanc requirere sententiam iudicis, videtur probari ex hisce verbis d. cap. fin. de Claud. despons. *Proles de tali Matrimonio suscepta, prorsus illegitima censetur: quod verbum, Censetur, cum sit futuri temporis, exigit iudicis sententiam; nec sententiam latam continet, sed ferendam, ut sup. docuimus de illo verbo, Suspendatur.*

192.

Pars negans probatur ex Sanchez.

Dicendum tamen absque dubio est (inquit Sanchez supra disp. 53. n. 8.) nullam exigi iudicis sententiam. Primum; quia quando privatio imponitur, non ut delicti poena, sed ob defectum conditionis, requisitæ ad gaudendum aliquo privilegio, nulla desideratur sententia; v.g. in Trident. sess. 23. c. 6. de Reform. statuitur, ut non gaudeat privilegio fori, Clericus minorum Ordinum, carens beneficio, si non gesserit habitum clericalem. Et ibi & cap. unico de Clerico conjug. in 6. ut Clericus conjugatus non gaudeat privilegiis clericalibus, nisi cum unica & virgine contraxerit; & tamen Clericus, carens ibi requisitis, non gaudebit privilegiis, absque alia sententia: quia ea privatio ponitur ob defectum conditionis, ad gaudendum requisitæ.

Sic ergo contingit in nostro casu, nam cap. fin. imponens eam illegitimitatem, verè non continet poenam; sed explicat deficere conditionem requisitam, ut filii nati ex Matrimonio putativo, sint legitimi; idè enim erant legitimi, juxta cap. *Ex tenore*, Qui filii sint legit. quia aderat iusta impedimenti ignorantia in parentibus: unde ad eam legi-

timilitatem, hæc iusta ignorantia erat conditione requisita, quam deficere in Matrimonio clandestino, explicat d. cap. fin. ibi: *Clam taliter contrahendo, non expertes scientie, sed saltem affectatores ignorantie videtur hæc ille.*

Sed quæro ego; cur ergo Sanchez ibi, de alibi, non semel vocat illum illegitimum poenam, si reverà poena non est? Noster tùm Sanchez, sed & omnes alii tam Theologi, quàm Jurisperiti appellant eam, poenam. Nunquid etiam quicumque eorum voco poenam, quod Clericus minorum Ordinum, carens beneficio, si non gesserit habitum clericalem, nequaquam gaudet privilegio fori? Nulpiam lego hanc appellacionem.

Quid si aliquis contraheret contra Parochum & testibus, non præmissis denuntiationibus; putas, quia proles, suscepta tali Matrimonio putativo, foret legitima? Quid si, præmissis denuntiationibus, contraheret sine Parocho & testibus, ut Trident. non obligat?

Perez disp. 42. sect. 2. 1. (de rebus) Dicastillo disp. 3. n. 172. docet poenam non imponi, nisi ita sit clandestinum validum, ut si etiam ommissa fuerint denuntiationes. Quia putat, olim non haberi clandestinum, nisi quod fiebat absque testibus, & ommissis denuntiationibus.

Undè si denuntiationes non omittantur, & Matrimonium sit validum, etiam si fiat absque testibus, putat non incurrere poenam illegitimitatis proles in d. cap. fin. & idem censet de aliis poenis, quæ habentur in legibus regni Castellæ; quia solum imponuntur contra contrahentes Matrimonium, quod Ecclesia habet, & habebat olim pro clandestino, quale non putat, si sit præmissis denuntiationibus, etiam si fuisset absque testibus, quod olim valebat, & nunc vixit non viget Tridentinum.

Hoc tamen totum (inquit Dicastillo) & singulare est, & sine fundamento; quia si Ecclesia illud censet clandestinum, quod non poterat probari in foro externo, & in tali praxi Ecclesiæ, etiam olim, appellabatur clandestina Matrimonia, & erant prohibita, etiam ante generalem legem denuntiationum; quod evidenter (ni fallor) constat ex eod. cap. fin. ubi Innocentius, qui primò fert legem generalem denuntiationum, intendendo quorumdam locorum consuetudinem, dicit expressè, in hærendo prædictorum vestigiis, inhiberi à se conjugia clandestina; & ut caveantur, post legem denuntiationum: ergo de illis clandestinis, quæ iam erant, loquitur; quando postea tum pro contrahentibus, tum pro assistentibus Parochis,

B. O. S. C.
Sac. Matrimonii
pars VI.

cho, aut Sacerdote, & aliis, addidit pœnas. Semper enim loquitur, appellans hujusmodi claudefina vel interdita conjugia. Claudefina verò jam erant ante ipsum, & ante præceptum denuntiationum, tunc à se latum. Hæc ille.

Quæ vera existimo, & satis manifesta sunt ex his verbis d. cap. fin. in principio: *Cum inhibiti copule conjugalis sit in ultimis tribus gradibus revocata, tam in aliis volumus districte seruari. Unde Prædecessorum nostrorum vestigiis inhaerendo, claudefina conjugia penitus inhibemus, prohibentes etiam, ne quis Sacerdos talibus interesse præsumat. Quare specialem quorundam locorum consuetudinem ad alia generaliter prorogando: Statuimus &c.*

Jam quæro ego, si aliquis in loco, ubi non erat consuetudo præmittendi denuntiationes, moraliter certus, non subesse aliquid impedimentum, omisis denuntiationibus, contraxisset Matrimonium in facie Ecclesiæ, siue coram Parocho & testibus; censet, quòd proles, nata ex tali Matrimonio putativo, fuisset illegitima?

Sanè cap. *Ex tenore*, nihil aliud requirit ad legitimitatem, quàm quòd Matrimonium in facie Ecclesiæ contrahatur, cum iusta impeditenti ignorantia; tunc autem erat iusta impeditenti ignorantia, licet omiffæ forent denuntiationes, quia illud medium detegendi impedimenta, nondum in tali loco, ut supponitur, obligabat. Ergo proles nata ex tali Matrimonio putativo, tunc erat legitima; jam autem est illegitima, quia d. cap. fin. legem generalem statuit denuntiationum; & in pœnam transgressionis talis legis, statuit, ignorantiam impeditenti, quantumvis inculpabilem siue invincibilem, seclusà illà lege, non habendam esse ab Ecclesiâ pro tali; & idèd prolem nullum de ea subsidium habituram, quòd alias habuisset, si vel talis lex non fuisset, aut certè hic & nunc non obligasset, quia iusta erat causa denuntiationes omittendi.

Ex quo etiam apparet differentia inter casum nostrum, & exemplum Clerici, supra adductum; nam quantumcumque Clericus inculpabiliter careat beneficio, aut contrahat cum non virgine, aut cum pluribus, non propterea gaudebit privilegio fori; ergo illa privatio privilegii nullatenus potest dici pœna; at verò in nostro casu, si denuntiationes omittantur ex dispensatione Episcopi, aut propter aliquam causam per se excusantem, constat, prolem non incurere illegitimitatem. Ergo illa prima probatio Sanchez non videtur sufficere, ut absque dubio dicamus, ad illegitimitatem nullam exigi iudicis sententiam, vel saltem declaratoriam criminis, commissi in omiffione denuntiationum.

Videamus, si secunda probatio omne dubium repellat. Est autem hæc: Quando verbo futuri jungitur particula aliqua, suapte naturâ importans latam sententiam, non est opus sententiâ ferendâ, sed continet sententiam latam, ut docet Tiraquel. l. *Si unquam*, verb. *Revertatur*, n. 75. C. de Revocan. donat. hujusmodi autem est dictio; *Prorsus*, apposita in d. cap. fin. ibi: *Prorsus illegitima censetur*: ut plurimis citatis docet Tiraquel. eod. verb. *Revertatur*, n. 87. Hæc ille.

Ego credo, Tiraquellum cum plurimis aliis id docere; sed quo fundamento? Nullum refert Sanchez; an Tiraquellus aliquid adducat, nescio; quia ipsum minimè legi, non defectu bonæ voluntatis, sed quia in Bibliotheca pauperum Fratrum Minorum non reperitur. Quærere autem in aliorum Bibliothecis, non judicavi necessarium, nec erat opportunum.

Et verò Suarius, nullo etiam adducto fundamento, videri posset idem docere lib. 5. de Leg. cap. 6, n. 2. in fine hisce verbis: *Quartò, sunt quædam particule universales, quæ videntur hoc (id est obligationem in conscientia ante sententiam) comprehendere, ut: Omnino, penitus, plenè &c. nullius momenti, & similes.* Hæc ille ibi. Sed in progressu capitis nullam ampliùs facit mentionem istarum particularum, nec ullum adducit fundamentum, aut rationem, ex qua videri debeat, quòd illæ particule hoc comprehendant. Fortè idèd, quia nimis manifestum est, ut propterea non indigeat aliqua probatione. Quod relinquo aliis iudicandum.

Dixi consultò: *Videri posset docere*; quia non loquitur expressè de illis particulis, quando adjunguntur verbo futuri temporis, de quo casu loquitur Sanchez; sed generaliter absque determinatione verbi futuri aut præsentis temporis. Et siquidem adjungantur verbo præsentis temporis, non dubito, quin contineant sententiam latam, & non ferendam.

Undè si vera est lectio d. cap. fin. quam invenio apud Castro Palao de Sponsal. disp. 2. §. ult. n. 2. *Si quis verò hujusmodi claudefina conjugia &c. soboles de tali conjunctione concepta prorsus illegitima censetur &c. Pari modo proles illegitima censetur.* Si, inquam, hæc lectio genuina, nullum est dubium, quin sit pœna latæ sententiæ.

Verum enim verò cum constet, non esse genuinam, tum ex ipso Concilio Later. apud Binium tom. 3. Concil. part. 2. tum ex Decretalibus etiam novissimè impressis anno 1648. Dico, ex supposito, quòd illa illegitimitas sit pœna, adhuc dubium est, an propter illam particulam, *Prorsus*, debeat conferi latæ sententiæ; ita ut nequidem requi-

198.

Secunda Probatio Sanchezii.

Tiraquellus.

199. Expenditur.

An illa particula: Omnino, penitus &c. contineant latam sententiam ex Suarez.

200.

Continent s. adjungatur verbo præsentis temporis.

201.

Dubium est an contineat quando adjunguntur verbo futuri temporis.

C. fin. de

196.

197.

ratur sententia declaratoria criminis. Igitur nec secunda probatio Sanchii tollit omnem dubium; nisi aliquo argumento evidenti probetur, *ly Prorsus*, habere prædictam virtutem.

202. *Tertia probatio Sanchii.*
Sed nunquid 3. probatio vincit? Tandem, inquit, probatur: quia cum poena non minuit aliquid de jure pristino quaesito, vel incepto acquiri, non est proprie poena, iudicis sententiam expectans, ut tradunt Joan. Andreas cap. fin. de Elect. in 6. n. 5. vers. *In Glossa secunda*, & ibi Dominicus. n. 18. vers. *Nota incidenter istud dictum.* At in hoc casu nihil minuitur de jure acquisito, vel incepto acquiri. Hæc ille.

Multitudo DD. non sufficit ubi nec textus, nec ratio suffragatur.
Credo ego, Joan. Andr. Dominicus & alios id tradere, sed quo textu, aut qua ratione? Multitudo Doctorum (inquit Suarez lib. 5. de Leg. cap. 6. n. 13. in fine) non sufficit, ubi nec textus, nec ratio suffragatur. Textum ergo aut rationem desidero, ex quo indubitanter dicere possim: Poena, quæ non minuit aliquid de jure pristino, quaesito vel incepto acquiri, non est proprie poena, iudicis sententiam, vel saltem declaratoriam expectans, ut absque dubio dicere possim, ad poenam illegitimitatis nullam exigi iudicis sententiam. Atque hæc satis de 2. parte Conclusionis.

203. Superest tertia & ultima, quæ cum Sanchio sup. disp. 54. num. 3. docet, delictum clandestinitatis esse mixti fori; ut proinde iudex, qui præverit, sive Ecclesiasticus, sive sæcularis, possit illud jure punire.

Probatur (inquit Sanchez) quia hæc est quaestio facti, & non juris; nec oportet cognoscere ad hoc puniendum de valore Matrimonii. Jam autem hæc sola cognitio, videtur spectare ad solum iudicium Ecclesiasticum; de qua utique cognitione intelligitur cap. *Tuam*, de Ordine cognit. quando ait: *Tuam non credimus latere prudentiam, causam natalium Regine Cypri ad examen nostrum (utpote quæ ad forum Ecclesiasticum pertinet) esse delatam.* Non est enim verisimile, Reginam Cypri natam fuisse ex personis, de quibus dubitaretur, an Matrimonium de facto contraxissent, sed an fuisset legitimum; & sic vertebatur quaestio juris, pertinebatque ad iudicem Ecclesiasticum.

204. *Quando sæcularis iudex possit cognoscere de Matrimonio.*
At si esset quaestio, an Matrimonium esset contractum de facto, iudex sæcularis esset competens. Similiter, si in specie illius cap. *Tuam*, esset quaestio, an Matrimonium esset contractum in facie Ecclesiæ, vel clam; ut sic constet, an filius sit legitimus ob bonam parentum fidem, juxta cap. *Ex renore*, Qui filii sint legit. sæcularis iudex potest cognoscere, quia pertinet ad factum; & facta pronuntiatione super facto, proles censetur legitima vel illegitima. Ita Barbosa, Aliis re-

latis, l. *Tuia*, 35. n. 36. ff. Solutio Matrim. quem sequitur Sanchez sup. n. 4.
Et ex eo inferit n. 5. jus Canonicum & civile, in punitione clandestini Matrimonii, veluti unum jus reputari; ut alterius iuris decisiones & poenæ in utroque foro hæc vana sint, Ecclesiastico scilicet & sæculari, ubi non reperitur contrariæ: jus enim civile procedit adjuvando Canoniam.

Quid ergo dicemus ad Concil. Trident. sess. 24. de Matr. can. 12. *Si quis dixerit causas Matrimoniales non spectare ad iudicium Ecclesiasticum, anathema sit?*
Catholici distinguunt (inquit Bellarminus lib. 1. de Matr. c. 32.) de causis matrimonialibus. Quædam enim sunt politicae, ut de dote, de successibus, de hæreditatibus &c. Quædam sunt spirituales, ut de partibus, de benedictione Sacerdotis. Quædam partim sunt politicae, partim spirituales, ut de gradibus cognationis, de interdictis, de impedimentis, & aliis, quæ respectum contractum Matrimonii spectant, quatenus enim ille contractus naturalis, materia est politica; quatenus idem contractus est fundamentum Sacramenti, & res conscientie, spiritualis est.

Et quidem causas primi generis, non negamus ad politicum Magistratum simpliciter pertinere; unde etiam quocumque iudice Catholicam Ecclesiam coram iudice sæculari causæ illæ aguntur.

Causas secundi generis, nemo negare potest ad solum Ecclesiam pertinere: alioquin qui quo tempore nulli Principes, nulli Magistrate politici Christiani erant, oportet fuisset causas omnino spirituales ad iudicem judicem deferre; aut sine legitimo iudice causæ illæ fuissent.

Potissima quaestio est, de causis terti generis, quas quidem nos dicimus politice, cum Magistratum pertinere potest, cum subordinatione ad Ecclesiasticum; impreciter autem ad Principem Ecclesiasticum pertinere, ut in Concil. Trid. sess. 24. can. 12. definitum est. Hactenus Bellarminus.

Ubi, ut vides, nulla fit mentio poenarum Matrimonii clandestini; adeoque de illis nihil disposuit Concil. Trid. sed reliquit eas infligendas tam à iudice Ecclesiastico, quam civili.

Et semper salvo; ut, dum quaeritur de valore Matrimonii, nec valor facti constat, iudex Ecclesiasticus potest compellere iudicem sæcularem, ut permittat testes coram se de hoc deponere; ut post Covarr. to. 1. de Matr. part. 2. c. 6. in principio, & 21. aliàs 25. docet Gutierrez Pract. quaest. lib. 2. q. 2. n. 1. ubi sic scribit:

BIBLIOTHEK
SACRAMENTUM
MATRIMONII

Ante promulgationem Sacrosancti Concilii Trident. quando Matrimonia clandestinè contracta erant valida, quamvis sic contrahentes peccarent atque delinquerent; ac proinde ipsi & testes puniri possent, tam jure Canonico, quam Regio; credo, opinione Illustriss. Episcopi ac Præsidentis Covar. veriore esse in hac quæstione, judices scilicet sæculares, etsi ægrè ferant inhibitiones & monitiones judicum Ecclesiasticorum; teneri tamen eis obedire, & remittere delinquentes, eo tantum scilicet casu, quo de Matrimonio plenè non liquet, ad hoc ut testes liberius deponant: quoad cætera verò puto, eos non teneri, atque in hoc casu existimarem veram opinionem Mencha. de Success. creatione, §. 26. n. 69. ut possint puniri hujusmodi delinquentes per judicem sæcularem, si in ejus potestatem revertantur; habità tamen, ut ipse inquit, ratione poenæ, passæ apud judicem Ecclesiasticum.

Nam aliàs illusoria redderetur hæc lex, occasioque daretur delinquendi: delinquentes enim statim desiderarent animadverti per judicem Ecclesiasticum; cum apud ipsum, regulariter, omnia delicta levius atque mitius puniantur; quia aut modicam, aut mitiorem, aut certè nullam imponere solent poenam, sicque fraudarent poenas hujus legis, quod minimè dicendum est.

Post verò prædicti Sanctissimi Concilii publicationem, cum ab eo hujusmodi clandestina Matrimonia annullata sint, & sic cesset ratio & fundamentum Doct. Covar. existimo, & ipsius quoque decisionem cessare; atque proinde, etiam si adhuc contrahentes clandestinè, & testes puniri possint poenis, de quibus in his nostris LL. Regiis (quod an hodie locum habeat, attentà dispositione Concilii Trident. sess. 24. c. 1. de Refor. Matr. agetur infra statim in 4. q.) cum etiam possint & debeant graviter ob hoc castigari arbitrio Ordinarii Ecclesiastici, ut in d. Decreto, judices sæculares, detinentes in suis carceribus publicis hujusmodi delinquentes, minimè teneri eos remittere ad judices Ecclesiasticos, donec ab eisdem sæcularibus puniantur; cum hodie prædicta Matrimonia clandestina sint nulla, sicque non sit opus, ut prædicti testes deponant coram Ecclesiastico de Matrimonio; cujus respectu ante Concilium, secundum opinionem Covarruviae, remittendi erant ad judices Ecclesiasticos, ut majori cum libertate deponere possent super Matrimonio, & sic ut de eo constaret. At verò respectu punitionis delicti, cum sit mixti fori, non habebit locum prædicta inhibitiō, nec præceptum remitten-

di; sed locus erit præventioni, juxta regulas juris. Hucusque Gutierrez.

Sed hæc restrictio doctrinæ Covar. ad tempus ante Tridentinum, non placet Sanchio sup. n. 6. Nam, inquit, etiam modo potest esse necessaria depositio testium coram Ecclesiastico Judice; ut si aliquis contenderet Matrimonium celebratum coram Parocho & testibus, ommissis denuntiationibus (quod clandestinum est) esse invalidum; quia contrahentes non præbuerunt signa externa consensūs, aut quia intercessit metus, vel quia Parochus non attendit, vel allegaret, testes absque Parocho interfuisse. Hæc ille.

Interim docet cum dicto Auctore; Judicem Ecclesiasticum posse compellere sæcularem, ut permittat testes coram se de valore Matrimonii deponere. Item n. 7. cum eodem concludit: Si Judex Ecclesiasticus non condignè puniat, clam contrahentes, possent eos judex sæcularis iterum punire, non secus, ac si puniti non essent; ita tamen, quòd hæc secunda punitio temperetur, ac condigna sit, habità ratione poenæ, ab Ecclesiastico impositæ.

Probat ex cap. 2. de Maledicis, ibi: *Per temporalem præterea potestatem &c.* Ubi Glossa verb. *Potestatem*, inquit, *Arg. quòd una jurisdictione per aliam juvatur.* Item probat ex c. *Felicis*, de Poenis in 6. §. *Per hoc*, ibi: *Per hoc quoque sæcularibus potestatibus non adimimus facultatem utendi legibus contra tales, quas adversus sacrilegos, Catholici Principes ediderunt.* Ubi Gloss. verb. *Adimimus*, ait: *Concor. Cod. de Sacrosanctis Eccles. l. Placet (canonizata 16. q. 1.) ubi primò per Ecclesiasticum Judicem, secundò per sæcularem quis punitur. Et sic in casu nostro propter criminis horrorem.*

Rogas, quod sit illud crimen? Respondeo: occisio Cardinalis. Sic enim ait textus: *Si quis verò per se vel per alium, occiderit Cardinalem (quod absit) vel dederit causam mortis &c.* An autem Matrimonii clandestini tantus sit horror, quantus occisionis Cardinalis, relinquo aliis judicandum.

Tantum addo, quod sequitur in Glossa: *Est enim regulariter secus, ubi criminaliter agit, sup. de Accus. De his, ubi de hoc.* Hæc sunt verba illius cap. *De his criminibus, de quibus absolutus est accusatus, non potest accusatio replicari.* Intellige, quando condigna fuit imposita poenitentia; hic autem loquimur in casu, in quo Judex Ecclesiasticus non condignè punivit.

Atque in omni eo casu, posse reum per sæcularem iterum puniri, si est laicus, & sententiam crimen est mixti fori, docet cum Aliis multis, quos Sanchez suprà citat, Felinus cap. *Quod olim*, de Judæis, in fine, ibi: *Fallit 3.*

SSSS 2 nisi

211. *Affirmat Sanchez in aliquo casu.*

Si Judex Ecclesiasticus non condignè puniat, potest sæcularis supplere quod deest.

212. *Probat ex c. 2. de Maledicis, & c. 5. de Poenis in 6.*

213. *Occurrit objectioni.*

Docet hanc sententiam Felinus.

209. *Ante promulgationem Sacrosancti Concilii Trident. quando Matrimonia clandestinè contracta erant valida, quamvis sic contrahentes peccarent atque delinquerent; ac proinde ipsi & testes puniri possent, tam jure Canonico, quam Regio; credo, opinione Illustriss. Episcopi ac Præsidentis Covar. veriore esse in hac quæstione, judices scilicet sæculares, etsi ægrè ferant inhibitiones & monitiones judicum Ecclesiasticorum; teneri tamen eis obedire, & remittere delinquentes, eo tantum scilicet casu, quo de Matrimonio plenè non liquet, ad hoc ut testes liberius deponant: quoad cætera verò puto, eos non teneri, atque in hoc casu existimarem veram opinionem Mencha. de Success. creatione, §. 26. n. 69. ut possint puniri hujusmodi delinquentes per judicem sæcularem, si in ejus potestatem revertantur; habità tamen, ut ipse inquit, ratione poenæ, passæ apud judicem Ecclesiasticum.*

210. *Post verò prædicti Sanctissimi Concilii publicationem, cum ab eo hujusmodi clandestina Matrimonia annullata sint, & sic cesset ratio & fundamentum Doct. Covar. existimo, & ipsius quoque decisionem cessare; atque proinde, etiam si adhuc contrahentes clandestinè, & testes puniri possint poenis, de quibus in his nostris LL. Regiis (quod an hodie locum habeat, attentà dispositione Concilii Trident. sess. 24. c. 1. de Refor. Matr. agetur infra statim in 4. q.) cum etiam possint & debeant graviter ob hoc castigari arbitrio Ordinarii Ecclesiastici, ut in d. Decreto, judices sæculares, detinentes in suis carceribus publicis hujusmodi delinquentes, minimè teneri eos remittere ad judices Ecclesiasticos, donec ab eisdem sæcularibus puniantur; cum hodie prædicta Matrimonia clandestina sint nulla, sicque non sit opus, ut prædicti testes deponant coram Ecclesiastico de Matrimonio; cujus respectu ante Concilium, secundum opinionem Covarruviae, remittendi erant ad judices Ecclesiasticos, ut majori cum libertate deponere possent super Matrimonio, & sic ut de eo constaret. At verò respectu punitionis delicti, cum sit mixti fori, non habebit locum prædicta inhibitiō, nec præceptum remitten-*

nisi propter poenam, ab uno Iudice imposita, delictum remaneret insufficienter punitum; quia alius iudex competens potest de novo cognoscere, & aliter punire. Hæc ille.

214. Reus criminis mixti fori, prius per secularem punitus, non est amplius

Et hinc, quia poena inflicta per secularem, censetur semper competens, & gravior ex jurisdictionis qualitate, reus criminis mixti fori, prius per secularem iudicem punitus, non potest amplius per Ecclesiasticum puniri, ut docet Sanchez sup. n. 8. cum Aliis, quos citat, dummodo poena cor-

poralis vel pecuniaria per secularem imposita, non esset levior, imponenda per Ecclesiasticum.

Pœna, inquam, corporalis vel pecuniaria; quamvis enim excommunicationis poena, quam passim imponunt Ecclesiastici, sit omni corporali gravior; at in hoc non est inter graves poenas computanda, cum potius medicinalis sit, quam afflictiva. c. 1. de Sent. excom. in 6. Ita Sanchez. Eritque finis hujus Conclusionis & Sectionis. Sequitur autem

SECTIO XII.

DE INDISSOLUBILITATE MATRIMONII

1.

Hactenus circa Matrimonii essentiam disputavimus, utputa de materia & forma illius, qualiter sit Sacramentum, & quo pacto per Procuratorem aut litteras, ex errore vel metu, conditionatè & clandestinè celebrari possit: superest, ut disputemus de ejusdem indissolubilitate, quæ in definitione exprimitur eâ particula: *Individuam vitæ consuetudinem retinens, seu: Fui perpetuum.* Et quàmvis de hac perpetuitate, seu individua vitæ consuetudine, nonnulla in præcedentibus dixerimus; equidem pleniorẽ ejus explicationem in hunc locum reservavimus.

Duplex est indissolubilitas Matrimonii.

Duplex porro est indissolubilitas, una quoad vinculum, quæ præcipua est, & maximè essentialis; altera quoad torum & habitationem. De hac tractabimus in sequenti parte hujus Operis, ubi de divortio; de priori verò hic tractatum aggredimur, & quærimus Primò: unde hæc indissolubilitas oriatur, & quo jure Matrimonio competat. Resolutio erit

CONCLUSIO I.

Obligationem indissolubilem Matrimonii instituit Deus ab initio, non quia omninò necessaria, sed quia maximè consona naturæ rationali.

2. Prior probatur ex Script. Math. 19.

Matrimonium ab initio fuisse indissolubile ex se, id est, non dissolubile instar aliorum contractuum, ex solo beneplacito masculi & feminae, manifestè patet ex Scriptura Math. 19. ubi Christus Phariseis, tentantibus eum, & dicentibus: *Si licet homini dimittere uxorem suam, quacumque ex causa?* sic respondit: *Non legistis,*

quia qui fecit hominem ab initio masculum & feminam fecit eos? Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adheret uxori suæ, & erunt duo in carne una. Quæ jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet. Unde dicit: Quid ergo Moyses mandavit dare libellum repudiis, & dimittere? At ille: Quoniam durities ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mæchatur: & qui dimissam duxerit, mæchatur. Vcl. 3. & sequentibus.

Et verò his verbis: *Dico autem vobis &c.* satis aperte significat Veritas æterna, non solum esse illicitum viro dimittere uxorem suam, aut mulieri virum suum, id est, dissolvere vinculum Matrimonii; sed etiam invalidum. Quippe si dissolutio foret valida, jam non mæcharetur, immo nec nicaretur, qui aliam vel alium duceret.

Nec obstat: quòd hic solum loquitur de viro, dimittente uxorem suam, quæ causa est causa mulieris, dimittentis virum suum, ut expressis verbis significat Christus.

Marc. 10. v. 11. & 12. *Quicumque dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, ulterius committit super eam. Et si quis dimiserit virum suum, & aliam nupsit, mæchatur.*

Ubi etiam, quod bene notandum est, omittitur illa particula: *Nisi ob fornicationem.* Eademque omittitur Lucae 16. v. 18. *Omnia qui dimittit uxorem suam, & aliam ducit, mæchatur, & qui dimissam a viro ducit, mæchatur.* Ob quam causam ex iustis dicendis patebit.

Eandem indissolubilitatem docet Apostolus 1. Cor. 7. v. 10. & 11. *Qui Matrimonio juncti sunt præcipi non debent, sed Dominus, uxorem a viro non discedere, quòd si discesserit, manere innuptam, aut*